



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio IV. De Attributis negatiuis nomine in particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

virtus, & potentia conceptione illius termini tantum, non infinitam, ac proinde, nec diuinam implicator e concipi- mus; quod fecus euenit, cum principium physicum creatum, atque e suo genere, & essentia non infinitum, sed finitum & limitatum teorim ab alio, cui realiter identifica- tur, cogitamus, vt patet.

5. Ita etiam ad limiles obiectiones pro diuisibilitate metaphysica diuinae Scientia, Idea Immenfitatis, Aterni- tatis, & similitum responderetur. Sed in Scientia, & Amore necessariis Dei obiecti specialiter potest. Etenim Scientia, & Amor, praesertim complacentia, necessario & essentialiter sua obiecta supponunt: neque enim percipi, concipere potest actualis tendentia Scientia alicuius circa obiectum aliquod, antequam sit, neque complacentia eius, quod non- dum est: imo hoc principio negato etiam in Scientia, & complacentia Dei erga possibilia, non apparet, cur Scientia, & complacentia eodem modo scientia, & complacentia chimerarum non sit, atque scientia, & complacentia est possibilia: cum possibilia possibilia, vt scientia, & complacentia Dei in illa feratur, non spectetur. Si autem possibilia verè iam possibilia, atque in suo possibilitatis statu spectanda sint, vt scientia, & complacentia Dei feratur actu in illa, eaque Deus exercitè intelligat, & amet necessario (vt plures Theologi censent) valde contra hanc nostram conclusionem obicitur. Etenim antecesser ad possibilitatem creaturarum, eaque non spectata sua omnia necessario amat exercitè, & intelligit: ergo Amor, & Scientia necessaria Dei erga seipsum, est pro priori illo ante possibilitatem creaturarum, pro quo necessarius earum Amor, & Scientia non sunt, neque exercitè amantur: ergo Amor, & Scientia necessaria, qua Deus se exercitè, & formaliter necessario amat, & intelligit, distinguitur formaliter metaphysice à Scientia, & complacentia necessaria, qua necessario, & exercitè amat & intelligit creaturas possibi- les. Parere videtur consequentia: quia, quod formaliter metaphysice idem est, nequit sine aperta contradictione pro vilo signo quo est, simul pro illo non esse: atqui Scientia, & Amor necessarius, quo se Deus exercitè necessario amat, & intelligit, est pro priori ad possibilia creata, seu possibilitatem creaturarum, & pro eo priori non sunt ne- cessaria Amor & Scientia, quibus Deus exercitè, & ne- cessario intelligit & amat creaturas possibiles: ergo Scientia necessaria, & Amor necessarius Dei erga seipsum, non sunt idem formaliter metaphysice, cum Scientia & Amo- re necessario Dei, de creaturis possibilibus.

6. Tangit obiectione arcanum, atque aditissimum Scientia, & Amoris infiniti Dei Mysterium: cuique in Scientia, & Amore liberis Dei (vbi longè maior est) debeat facis- fieri. Veram Dei ipsius lumine, & auxilio suo loco debi- tum soluamus, quod haecenus ad plenum nescio quis sol- uerit. Nunc autem respondeo in primis obiectantes ipsos ad difficultatis, & obiectionis huius solutionem, aequè ac nos teneri. Etenim, quod Scientia, & Amor Dei necessarius erga seipsum, pro illo priori, quo se necessario amat, & in- telligit, infinitus iam metaphysice sit, certum apud ipsos, imò & apud Theologos omnes est, esseque debet. Cum, siue è solo subiecto, & intelligente, & amante (qui Deus est) vel etiam ex primario obiecto (quod est ipse etiam Deus) de- beat necessario eiusmodi actus infinitatem sumere, deinde extensione, vt se loquat, eiusdem Scientia, & Amoris, siue liberi, siue necessarii ad creaturas vel possibiles, vel exi- stentes, nihil Amoris aut Scientia, diuini, deo que identifi- catis Amori & Scientia accretere, adhuc metaphysice: quia aliàs à rerum possibilitate, Scientia Dei augmentum penderet, atque infinita non esse, quae circa Deum praecel- sit, cum esset capax augmenti. Ex quibus etiam apud ipsos, quia apud omnes, certè in eadem emergit difficultas. Secundo pro omnibus respondeo, Scientiam infinitam Deis vt potè diuinam, absolutam omnino esse à possibilitate creaturarum, sicuti, & alia omnia praedicata diuina, vt d. de Omnipotentia ostendemus: vnde sit in omnimoda sua in- finitate à creaturarum possibilitate non pendere: quare neque hanc spectandam esse ad formalitatem vllam, adhuc partialem, formalis representationis alicuius creati obie- cti: quemadmodum neque ad formalitatem vllam poten- tia diuina, creaturae alicuius possibilitas adhuc spe- ctatur.

7. Ad eum igitur modum, quo Omnipotentia, poten- tia est omnium possibilia, pro priori ad eorum possibi-

litatem, quia ab ea independens, neque inde inferitur, esse potentiam chimerarum, & impossibilium, quia pro poste- riori possibilia non sunt: ita etiam Scientia Dei pro priori, quo se Deus intelligit, independens à possibilibus ante, ac non spectata eorum possibilitate infinita, è suo princi- pio, subiecto, ac, si placet etiam obiecto, infinito Deo, in- finita representatio actualis & exercita est: ac proinde re- presentatio actualis omnis representabilis, & possibilis (idemque de Amore diuino dictum puta) ac proinde ac- cidentia pro posteriore possibilia, suam representationem actualem operentem inueniunt, non faciunt: quam eodem modo impossibilia nec faciunt, neque inueniunt. Quod si dicas exercitum actualem intelligendi, intelligi sine obiecto non posse, non miraborid enim ex nostro imperfecto mo- do cognoscendi provenit: vnde etiam fit, ne nos Omnipotentiam, quam absolutam profus à creaturis possibilibus iudicamus, nisi ad illas relatum valeamus concipere. Id quod maiorem vim habet in re praesenti, cum nulla creatam visionem (cuiusmodi Scientia Dei est) à suo obiecto inde- pendentem, experiamur: aut cum Dei Scientia, etiam exer- cita, & Amor complacentie independens omnino à crea- turis, in omni carum statu sit, quae ex creatis cognitioni- bus, & amoribus didicimus, de se necesse est.

8. Disputandum hic ad plenum disputationis huius exa- men, vltimo loco videbitur. An diuina Attributa, saltem denominatiue, atque, vt formas denominantes media phy- sica sui visionem, suos formales effectus communicare crea- turis possint, vt Vbiquitè de Immenitate effugerunt, atque de aliis diuinis Attributis, alij. Verum, cum id in Christi humanitate, quae sola vnica Deo physice est contra Vbiquitè, & alios controuersi, de Incarnatione occasione eius erroris late, atque vniuersim de Attributis omnibus dispu- tauerimus, otiosè hic eadem repererimus.

DISPUTATIO IV.

De Attributis Negatiuis nomine in particulari.

DIVISIMVS d. 3. q. 2. Attributa Negatiua, in Nega- tiua nomine, quae nimirum, in nomine ipso suo ne- gationem habent: quia praepositionem *n*, quae negationem aquales, praepositionem habent, & in Negatiua definitione, quae nimirum sine negatione explicari, definiri à nobis pro hoc statu nequeunt. De primis igitur in particulari hac d. agemus, acturi de secundis in particulari etiam d. 5. sunt autem primi generis Negatiua Attributa, Infinitas, Immenfitas, Immutabilitas, Inuisibilitas, incompre- hensibilitas de quibus, suo ordine agemus. Et quidem licet Immortalitas Attributum etiam negatiuum nomine sit, cum autem, vel idem, quod Aternitas, quae Attributum negatiuum definitione est, significet, vel valde affine, nihil hic de illa sed d. 5. simul cum Aternitate agemus. Sunt au- tem in aliquibus horum Attributorum sub vno nomine plura Attributa contenta, vt sub nomine Inuisibilis, Attributum Inuisibilitatis corporeis oculis, item Inuisibilitatis oculis mentis, seu spiritualibus, viribus tamen totius natu- ra, collectiue etiam sumptae, de quibus singulariter dispu- tandum erit, & sic de aliis, in quibus lateant difficultates diuerse.

QUESTIO I.

De Infinitate Dei attributali.

LVRA hic examinanda sunt. Primò: an Deus in- finitus sit per Essentiam? secundò quid sit ita in- finitum esse? Tertio: an in omni praedicato, seu Attributo diuino sit infinitas è formali conceptu? Quarto: an Infinitas attributalis, seu Attributum Infinitatis sit omnia Attributa, & praedicata diuina transcendens? sed primò sciendum est nos hic non agere de infinito, siue

infinito magno (quod est idem) magnitudine molis, seu quantitatis (cum corporeus & materialis non sit Deus, sed spiritualis) sed perfectionis in essendo, quæ sola Deo competere potest.

CERTAMEN I.

Deum per Essentiam, siue absolutè, & simpliciter infinitum esse, ex Fide, & ratione constat.

1. De Infinitatem negasse consequenter, licet non expresse, & in terminis videntur qui circa eius spiritualitatem errarunt: quorum error de Spiritualitate, seu Immaterialitate Dei disputantibus nobis exponitur in terminis. Verum Dei Infinitatem negavit Vortius Calculata apud Becanum tom. 1. summ. tract. 1. cap. 5. vel eo maxime, quod nusquam, inquit ille, in Scripturis Infinitus dicitur, aliique ridiculis rationibus, quæ neminem mouere possent, nisi hunc qui risum omnium potest mouere: Et quod ad Scripturam atinet solis oculis, non autem mente, & discursu opus est, vt Deus in illis Infinitus legatur. Idemque sensibile videntur innominati Doctores à Bonauen. in 1. d. 43. art. 1. qu. 2. afferentes Deum, nobis quidem Infinitum esse, non autem secundum veritatem: atque adeo nec sibi, qui veritas est.

2. Certum igitur est: tum ex Fide, tum ex ratione Deum Infinitum esse absolutè, & simpliciter secundum entitatem, & Essentiam suam, seu in genere entis, ea nimirum Infinitate, quæ alteri nequeat conuenire: ac proinde ipsius sit propria. Ita enim censent Patres, & Theologi omnes ad vnum, quin Arist. 3. physicor. cap. 4. text. 30. id et Anaximandro, & Philo sophis, de primo principio (quo nomine Deum intelligebat) refert, & laudat. Probatum ex Plalm. 144. Magnitudo eius non est finis. Baruch. 3. Magnus est: & non habet finem. Dionys. 9. de diuin. nom. Magnus est super omnem magnitudinem, omnem transiens infinitatem. Nyssen. Orat. 1. in facianus hominem Genes. 1. Magnam cogita: & huic magno plus etiam, atque etiam adde quam cogitasti, atque ita exple cogitationem tuam; neque vquam qua infinita sunt capies. Nec magnitudinem concluditur, nec finitus cohibetur. Theodorct. 2. de Provident. Deus ipse & increatus: & infinitus est, omnia complectitur ipse a nullo circumscriptus. Damascen. 1. de Fide cap. 4. Infinitus est Deus: & incomprehensibilis, atque hinc vnam ex eo percipi, & comprehendendi potest: quod nimirum ipse Infinitus, & incomprehensibilis sit. Obuia hæc, & plura ex Patribus passim: quare definita hæc veritas est, cap. sumitur de sum. Trinit. & Fide Cathol.

3. Neque vero eadem conclusio est à ratione obsecution. Missa vero ratione illa S. Thom. subtili ducta ex impossibilitate limitationis mutue substantialis, seu essentialis potentie & actus, quæ est in materia, & forma physica, atque metaphysica generis & speciei, atque essentia, & existentia, seu actualis esse (quæ omnia Deus, vt potè actus purissimus, non habet) quia hanc subtilem limitationem substantialem materiam per formam, aut generis, & differentia, aut essentia per existentiam satis assequi non possunt: neque Vasquius & Soarius, assequuntur. Probatum primo: quia limitatio Essentia, & entitatis creatæ prouenit ex eo, quod ab alio, ac non vniuocè sit, ac proinde creatura: atqui Deus Essentia sua à nullo est, neque creatura, sed increatum quid, & à se est: ergo Deus non limitatus, & finitus, sed illimitatus, atque infinitus essentia sua est. Maior probatur: quia ex eo, quod aliquid ab alio sit, & non vniuocè, necesse est ab eo contineri secundum suum esse eminenter: atqui, quod ab alio eminenter continetur, continetur ab illo tanquam ab excedente ipsius esse: ergo terminatur ab eo extrinsecè, tanquam à maiori in suo esse. ergo suum esse intrinsecè terminatum, limitatum, ac finitum est. Pater consequentia: quia, quod intrinsecè interminatam, ac non terminatum est, nequit extrinsecè terminum habere. Dixi a quo uocè sit ab alio, sicut creatura sunt à Deo: Nam ex eo maiori- tas continentis causæ, respectu sui effectus clarissè deducitur. *Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.*

citur. Cum in causis vniuocis continentia præcisa non at-
quatur continentis maioritatem, saltem adeo clarè.

4. Probatum Secundo: quia Deus Essentia, & entitate sua est causa eminenter continens omnem entitatem limitatam possibilem, vt modo dicebamus: ergo est excedens omnem entitatem limitatam possibilem Essentia, & entitate sua: ergo est essentia, & entitate sua Deus; Infinitus. Probatum consequentia hæc: quia quod excedit omnem limitatum essentia, & entitate sua, ac finitum essentia, & entitate sua infinitum est. Hoc argumentum ex parte potentie passiuæ, seu participabilitatis essentia, & entitatis Dei à creaturis omnibus possibilibus, eodem pacto fieri potest. Sed dices vltimam consequentiam non tenere: quia solum inferitur maius quid esse Deum omnibus possibilibus finitis entitate, & essentia sua: ad hoc autem opus non esse quod ea infinite excedat, sed finitè: quemadmodum ex eo, quod homo inferiorum omnium specierum, quæ infinite sunt, perfectionem essentialem eminenter contineat non inferitur eum infinite perfectionis essentialis, seu essentia esse. Verum consequentia tenet. Nam hominem perfectiorem ex specie, & essentia sua esse, non est continere in se formaliter, aut eminenter omnes essentias, seu entitates specierum inferiorum: non formaliter, quia homo non est leo, equus, aut asinus, & aliquid amplius, sed solum habet eorum prædicata communia formaliter, & differentiam vltimam se tota diuersam ab eorum differentis specificis, & se tota eis perfectiorem. Neque eminenter: quia omnium specierum inferiorum causa adæquata, seu virtus causatiua non est, in qua solum eminentialis continentia omnium collectiue, quæ potest producere inuenitur necessario; nec dare possit, quod non habet: inuenitur autem in Deo, qui proinde Infinitus est sua essentia, & entitate est, cum infinitas etiam specie entitates diuersas contineat. Quod si inthes: Cum omnia possibilis limitata secundum essentiam sint, adhuc tenere solutionem: quod ab eute finitè, licet maiori contineantur, vt tamen abstraham modo, an possibilis syncategorematicè, infinita sint: ostendo, dato etiam, quod solum finita sint, tenere consequentiam: quia, quod ita in se omnia possibilis, licet finita, continet, vt, ni ipsarum infinitas repugnaret, repugnaret ex intrinsecè ipsius essentia, & entitate in illa infinitatem illorum non contineri, infinitum entitate, & essentia sua proculdubio est.

5. Argumentum hoc dederunt nobis Patres plures ex recitatis d. 2. qu. 1, ac luculenter Dionys. 9. de diuin. nom. Sic effatus. Magnus quidem Deus dicitur: tum ex sua magnitudine, quæ se, & cum omnibus quæ magna sunt communicat, & per omnem magnitudinem diffundit, atque extendit; locum omnem continet, omnem numerum superat, omnem infinitatem transiit: tum ex summa vi, actioni quæ magnitudine, ac muneribus, quæ ab ipso quasi fonte manant. Primum vero argumentum dederunt etiam nobis Patres plures ex recitatis d. 2. quæst. 2. præsertim Nazian. orat. illa 38. Cuius recitata verba eius Scholiasces Nicetas aureis ad rem hæc suis interpretatur. At Deus semper est, & vt cum diuino loquo Dionysio dicam, vniuersam essentiam in seipso completur: Ego enim, inquit Scriptura, sum primus, & ego postea: & ante me non est alius Deus, nec post me futurus est. (Vtique non sola duratione, sed causalitate essentia suæ) subiunxit enim. Tota enim Essentia illius, nec principium habens (quia à se) nec finem habitura (vt finita cuncta à Deo agente libero, atque propter finem operante semper habet) quasi vastum quoddam pelagus Essentia (non dixit durationis) est.

6. Contra hanc Dei Infinitatem argues primò. Si Deus Infinitus esset per essentiam, & entitatem suam non compareretur secum in rerum natura alia entia, seu essentia: sicut infinitum corpus alia corpora non admitteret, sed ea è mundo pelleret: quia omnia occuparet loca, & spacia: at essentia, & entiaque alia comparitur in rerum natura Deus: ergo Infinitus entitate, & essentia sua non est. Negatur maior. Entia enim præsertim substantialia non pugnant, sicut duo corpora respectu eiusdem spatij simul occupandi. Secundo obicies. Bonum, & Malum pugnant seque detrahunt: ergo infinitum bonum necessariò destruet omnia mala: atqui Deus Infinitus est infinitum bonum: ergo nulla sunt mala contra experientiam manifestam, quod ipsum

ORTEGA
In d. parti
D. VIIa

argui potest ex pugna infiniti cum finito. Distinguo antecedens respectu eiusdem subiecti pugnant bonum, & malum, finitum, & infinitum fateor; diuersiorum respectu nego. Et distinguo similiter consequens, respectu Dei, Concedo: respectu aliorum, Nego. Tertio dices, vel Deus potest facere infinitum per essentiam tale, vel non potest? Si potest: ergo Infinitas per essentiam attributum, & proprietas Dei non est. Si non potest: ergo infinita potentia, & continentia eminentialis in sua essentia non est. Respondeo, non posse: quia implicat infinitum per essentiam, quae ab alio causatiue sit.

7. Alia Vortij argumenta denique ridenda supersunt. Primum hanc postremam obiectionem videtur subodorari, sed cum catharro, cum adeo inepte ab ipso efformetur. *Nulla creatura est infinita in genere entis: ergo nec Deus.* Ac si argueret. *Nulla creatura,* inquit *Becanus, est omnipotens: ergo nec Deus, vel hac, Quod in se quidquid est possibile in genere entis non continet (vt creatura) in genere entis infinitum non est: ergo nec, quod in omne continet.* O fultes! Secundum. *Esse infinitum actu, & esse hoc aliquid sunt contradictoria: ut Deus est actu hoc aliquid: ergo non est infinitum actu:* Si id, quod actu hoc aliquid est, actu omnia possibilia ab imperfectione decocta, in genere entis eminenter non contineret actu infinitum in genere entis non foret secus, cum continet, vt Deus. Tertium, quod infinitum est per essentiam, seu in genere entis, videri clarè, nequit à creato intellectu: at Deus clarè, & intuitiue ab intellectu creato videtur: ergo Infinitus per essentiam, seu in genere entis non est. Sed maior est apud Catholicos omnes falsa: nec nisi Vortio, & Armenis vera: qui idè Deum clarè videri posse absolute negant, ne negent Infinitatem Dei notissimam, quo autem pacto Dei Infinitas cum visionis create, qua videtur, finitudine componatur, neque in hanc necessario Infinitas refundatur, contabit d. 5. qu. 3. cert. praeterim 3.

CERTAMEN II.

Malè Infinitas Dei per Essentiam, suè in genere entis statuitur à nonnullis.

1. **C**um Infinitas omnis non aliter melius explicetur quam per negationem termini, quo finitum (in quouis genere sit) coeretur, ne ulterius progrediatur: videndum est cuiusnam termini negatione Infinitas Dei per essentiam intelligenda, atque definienda sit, vt bene (quoad fieri à nobis pro hoc statu potest) definiatur, atque explicetur. Quocirca totidem dicendi modi, atque explicandi terminum, cuius negatione Infinitas Dei per essentiam, seu in genere entis constituitur, à Theologis afferuntur, quod ad eam probandam recensuimus. Primum S. Thom. per negationem termini actus, & potentiae siue physicae, vt est in materia respectu formae, & in hac respectu materiae, atque in essentia, & existentia: siue metaphysica, vt est in genere, & differentia, quibus omnibus limitationibus carer Deus, falsus ingenue sum me nullatenus eam assequi posse, cert. 1. num. 3. Etenim Angeli, & spirituales omnes substantiae, neque à forma, neque à materia limitantur, neque nisi per rationem, & finitatem logicè, vel potentia, & actu essentiae, & existentiae (quas respiciunt differre certissimum nobis est) vel generis, & differentiae constant: quare physice & realiter, ac verè limitari eis substantiae non spirituales possunt: quod autem ex natura & substantia, seu personalitate eiusmodi substantiae, tanquam actu, & potentia physice consent, earum limitationem non probat. Etenim, vt d. praemial. de Trinit. q. 2. cert. 5. docebamur Substantia, seu personalitas modus positius non est.

2. Sed, etsi modus positius esse admittatur, non tamen constat cum in natura, seu substantia Angeli recipi, tanquam in subiecto, neque illam in se recipere, vt mutuo in de alterum per alterum in suo esse limitetur, ni aliunde pimitata sint. Item, horum receptione, vel mutua, vel non

mutua admissa, si aliunde in suo esse finitè non consent, non satis apparet, quomodo eo formaliter limitentur, licet ex dependentia materiali in suo esse limitata fore probentur, vt statim in simili contra Vasq. virgebo. Solum enim determinatur altera per alteram, vt ex eis tertium quid consent, atque resultet, quod solum probat mutua eorum à se, & à tertio illo distinctionem, cum qua bene infinitas entis fœderatur. Alioqui (vt bene Alex. 1. p. qu. 6. m. 1. ad 3.) nec Deus Infinitus per essentiam, & in genere entis foret cum ab aliis omnibus distinguatur. Denique Dei Infinitas ab immaterialitate, & simplicitate Dei diuersum Attributum est: ac proinde compositionis absolute, è quibusque entibus sit, negatione (in qua Dei fiat Immaterialitas) & negatione compositionis ex materia (in qua Dei fiat Immaterialitas) consistere formaliter nequaquam potest.

3. Albertus in 1. d. 43. art. 1. docet Infinitatem Dei secundum essentiam negatione definitionis, & comprehensionis aptissime explicari. Verum, si ibi intelligat definitionem logicam ex genere, & differentia constantem, iam impugnatus est n. 1. ac deinceps impugnatur: quia, si genus, & differentiam habere, neque obicit finitudinem: reneque infinitudini, vt eo num. atque d. 2. q. 5. cert. 1. ostendimus: neque ex eis constans definitio obicit: quare neque eius negatione explicabitur Infinitas. Tertio definitio logica, & si limitationem essentiae arguat, aut illic non constituit: cum opus rationis sit, pluribusque rationis entibus consistet: quare, neque ipsa, neque ad ipsam ordo potest reale, & veram rei limitationem continuare: ac proinde, neque eius negatio Infinitatem bene explicare. Ac de num. ess. definitionis negatio, Dei arguit Infinitatem: Aut illam non facit, sed supponit: ex eo enim, quod Deus infinitus sit in se, eius à nobis indefinititas logica, à priori erit probanda: quare alter terminus, quam definitionis negatio, infinitatem Dei constituit.

4. Quod si definitionis nomine intelligat Albertus, cognitionis nostrae, vel loci, aut temporis circumscriptioem (qui duo postremi modi etiam ibi ab Alberto afferuntur): impugnatur Primò: quia Incomprehensibilitas aliud Attributum est ab Infinitate secundum essentiam, & in genere entis, sicuti, & Incircumscribilitas, seu Indefinititas loco, vel duratione, quae Immenfitatis, & Aeternitatis Attribute sunt: quae tria, vt talia, Infinitatem Dei per essentiam, atque in genere entis supponunt, atque à priori ex hac demonstrantur. Neque enim audiendi, quoad Incomprehensibilitatem per cognitionem, & visionem. Si enim de omni visione, & cognitione, etiam diuina, loquantur, in Deo non est respectu sui ipsius. Sed neque absolute respectu nostri: cum clara visione, licet supernaturali lumine, possint omnia intrinseca Deo representari, representanturque Beatis de facto, melius multò, clariusque, quam creata plura, quae dicuntur cognitione, & visione comprehendere: ac proinde Dei omnia cuiusmodi visione circumscripti, definiti, ac fecundum totum, quod in se est, representantur: vt comprehendendi, negari minime potest: licet ad comprehensionem, quam Scholastici excogitantur, & disputant, aliquid requiratur vterius, de quo suo loco si autem secundum totam suam entitatem, & esse intrinsece cum Deo representatione clara definitur secundum esse, seu in genere entis, Incomprehensibilis non est in se, vt hi Doctores aiebant.

5. Tertio aij communiter docent esse negationem numeri Attributorum & perfectionum Dei, quemadmodum vulgarem, & plausibilem appellat Vasquez d. 4. 5. cap. 1. sed tamen cum Dei perfectio, & bonitas vna tantum reuera summa, atque ab intellectu independentis sit, attributorum perfectionum pluralitas sit tantum per rationem: negatione numeri perfectionum, quae per rationem solum est, nequit vera & realis Infinitas Dei per essentiam, seu in genere entis constitui. Secundo neque Attribute & perfectiones, quas in Deo recensimus infinite numeraliter, seu fundamentaliter intelligendum patet, neque sic infinite numero erant, adhuc per rationem, & metaphysicè, ne dum physice. Nam continentia formalis, ac eminentialis Dei in quouis genere, simplicissima ac vniuersa, & physice & metaphysicè est (vt de physica Patres loquuntur, ac de metaphysica ostendimus d. 3. qu. vult.) Non autem compacta ex

ex partibus, neque unitatum additione crescens sed inflectit, & vniuersa entitate, atque unitate, siue formalitate eorum est, quod in quouis genere, & statu est. Denique continentia, seu cumulus bonitatum, & perfectionum omnium non infinitas in essendo, seu per essentiam, sed Bonitas, & perfectio diuina, seu bonitatis, & perfectionis infinitas metaphysica est: que proinde ad aliud attributum spectat, nempe Bonitatis, & perfectionis diuina, quæ ex Infinitate Dei per essentiam metaphysicè agnoscitur in Deo.

6. Noster Vasquez citatus cap. 5. ex Alex. 1. p. q. 6. m. 1. ad 3. & 4. docet, negationem termini, qua explicatur optime infinitas Dei per essentiam, seu in genere entis esse negationem essendi ab alio, siue eundem conceptum essendi à se formalissime: quia, sicut quod ab alio est eo formaliter contineri, atque in suo esse limitari intelligitur, ita per eius continentiam negationem essendi ab alio, seu per prædicatum essendi à se formaliter siue termino, in suo esse intelligitur, atque indeterminatum, seu infinitum in essendo explicatur optime Deus; in quam sententiam inducit recitata Patrum testimonia cert. 1. n. 5. ad eam Infinitatem Dei probandam, atque confirmandas eius probationes. Vnde impugnatur primò sententia præfens. Etenim Dei per essentiam, seu in genere entis Infinitas ex prædicato entis à se à priori à Patribus, præsertim Niceta tibi recitato, & communitè à Theologis probatur: ergo Infinitas Dei attributalis distinctum quid est metaphysicè à prædicato essendi à se, seu non ab alio; alioqui idem vitiose probaretur per idem. Secundo Theodoretus, vt diuersa numerat in Deo, & increatum, & infinitum esse ibi n. 3. Secundo esse à se Deum probatur ex implicatione processus infiniti causalium actuum, & aliarationibus, quibus dicit. 1. Dei existentiam ostendebamus: que quidem formaliter, & immediate non inferunt Infinitatem Dei per essentiam, licet id inferant mediate, & virtute.

7. Tertio: qui negaret ens à se esse infinitum per essentiam, aut affirmaret ens ab alio infinitum per essentiam esse, non negaret, vel affirmaret quod contradictoria formaliter, seu idem formaliter, quod negabat, vel affirmabat, sed solum virtute: ergo esse à se diuersus conceptus est à conceptu infinitatis per essentiam, & esse ab alio à conceptu finitatis. Confirmatur hæc ratio. Quia, si idem conceptus formalis obiectiuus esset vterque, non posset esse questio an Deus infinitum per essentiam facere queat: id est an creatura, seu ens ab alio possit esse per essentiam infinitum? nisi tu, et imperitos, qui id, de quo loquitur, non percipiunt: cum tamen apud doctos Theologos ea questio vertatur cum S. Thom. q. 7. art. 2. Quarto impugnetur: quia finitas, & limitatio entis contenti in causa sui ipsium continere est limitatio, & finitudo extrinseca, quæ supponit intrinsecam ipsius finitudinem. & limitationem, vt patet in loco, & locato: ergo infinitudo, quæ ab hac sententia assignatur est solum extrinseca Deo, non autem intrinseca, & per essentiam, licet in intrinsecam, & per essentiam suam infinitus esset Deus, extrinsecam etiam finitudinem haberet.

CERTAMEN I.

Verosimilius infinitas Dei per essentiam, siue in genere entis explicatur.

1. VT autem hac in re clariùs procedamus, obseruandum est duplex genus infinitatis Dei per essentiam, seu in genere entis assignandum esse, sicut dupliciter Dei essentia, seu diuinum ens à nobis dicitur. Nimirum essentia physica, & quod idem est ens diuinum physice, vel metaphysicè sumptum. Et primo quidem modo Dei infinitas omnia prædicata diuina includit, tam communia, quam personalia indiuisum: additque vterius negationem vterius magnitudinis physice essentia, seu entis physice sumpti: quia cum à se sit, & non ab alio physica Dei essentia, atque omnium possibilium causa adæquate illa continens, vt diximus: quicquid maius illa

essentia est, repugnans est: idque ex eo, quod intrinsecè essentia physica Dei est: quod autem ab intrinseco sui omnem maiorem magnitudinem implicatoriam facit, & sua intrinseca entitate, & essentia infinitum est: sicut finitum per essentiam, quod maiorem essentia magnitudinem entitate, & essentia sua à rerum possibilitate non excludit, vt in creatis omnibus cernere licet. Hoc pacto Anselmus, & Patres reliqui, ac Theologi omnes Dei infinitatem explicant, aientes esse ita per essentiam, & entitatem suam magnum Deum, quo maius excogitari non possit. Scilicet, nisi implicatoriam cogitetur, & chimæra. In quo modo explicandi infinitatem Dei per essentiam, & in genere entis physice accepti conuenit mihi cum Soario 2. de attributis cap. 1. n. 5. id quod ex eo, quod physice à se sit optime probatum à nobis, & à Theologis est.

2. Neque minus solidè ex continentia causalium omnium creatorum possibilium ex eo quicquid essentia possibilis est in eo esse demonstratur, vel formaliter, vel eminenter, non solum, quatenus causa est, atque relatè ad producibilia omnia à nobis cogitatur, sed quatenus, in se physice est. Quod autem in suo esse omnia entia possibilis, maxime simplicissimo complexu claudit, vt suum esse maius aliquid à possibilitate excludit, vt nuper dicebamus, atque infiniti esse, seu essentia conuincitur. Itaque eam maiorem essentia repugnantem facit: quia omnia possibilis entia est. Vnde Exodi 33. Moyli aiebat: *Ostendam tibi omne bonum.* Atque à S. Francisco de Assis: *Deus meus & omnia,* vocabatur. Neque aliter à Præfice Philosophis sapientioribus teste Eugubino 3. de Peren. Philosophia cap. 8. *in quo,* id est *omne,* seu vniuersum *minabatur.* An quam sententiam eleganter viciuit Naclauzen. hoc carmine latino per Noltrum Lessium 1. de perfectionibus diuinis. cap. 1. lit. D.

In te omnia permanent: ad te conseruim festinant omnia.

Tu omnium finis: Tu vnus, & omnia, & nihil rerum. Cum, neque vnus sis, neque omnia, quem te appellem, Qui sclus inuominabilis: & omnino vnus?

3. Hæc inquam altera est Dei infinitudo per essentiam physicam, seu in genere entis physice sumpti. Inde verò alia infinitas Dei per essentiam metaphysicam, seu in genere entis metaphysice sumpti, necessario metaphysicè iuboritur, de qua non satis aperte Theologi diuisim ab alia hæctenus disputarunt. Et Lessius quidem de sola infinitate Dei per essentiam physice sumptam, sicut, & Becanus disputasse videntur. Soarius verò de ea, etiam per essentiam metaphysicam, loco citato. Sed non distinctè videtur locutus videturque ibi docere in negatione etiam maioritatis respectu omnium, & singulorum prædicatorum Dei, nostro intelligendi modo consistere, atque accommodatissime explicari. Neque aliter potest censere, nisi consequentia sua, quam par esset, reuerentia minori. Cum enim essentiam Dei metaphysicam ex omnium diuinorum prædicatorum complexu constare censet, vt vidimus, d. 2. q. 2. cert. 1. nequit non de infinitate Dei metaphysica ita theologizare.

4. Nos autem, qui solo prædicato entis à se essentiam metaphysicam, seu quatenus à se est, contineri ea quaerimus, negatione maioritatis essendi, seu entis, à se solummodo, non autem alterius generis, & formalitatis, in qua vnumquodque ex reliquis attributis est, infinitatem Dei per essentiam metaphysicam, seu in genere entis metaphysici rectè explicandam censemus. Siquidem infinitates aliorum prædicatorum, seu attributorum Dei, quæ extra metaphysicam eius essentiam, & genus entis diuini metaphysici sunt, nequeunt Deum per essentiam metaphysicam, seu in genere entis metaphysici infinitum, adhuc inadequatè, constituere. Quod si infinitas hæc Dei per essentiam, seu in genere entis metaphysicè, non pro essentia Dei metaphysica, seu ente metaphysico diuino substantiæ accepto, sed pro essentia Dei metaphysica laxiori modo accepta pro intrinseco cuiusvis diuini prædicati conceptu formali vsurpetur, atque ens pro ente metaphysico etiam adiectiue sumptum, eo quidem modo diuina omnia prædicata infinita per essentiam suam, seu in genere illo laxiori entis metaphysici adiectiui sunt, ex eo formaliter, quod eorum quoduis in suo genere omnem profertus maioritatem excludit v. g. sapientia in suo genere, vnde

ORTEGA
L. A. PARR
D. VILA

omnis scientia, potentia in suo etiam, & omnipotentia nominatur. Ex quo aperte constat, quo iure dixerimus dist. 3. q. 5. cert. 2. & 3. ac sæpe alias docuerimus, nullum Attributum, prædicatumque diuinum augeri per additionem metaphysicam in suo genere, componiue homogenea metaphysica compositione vquam posse.

CERTAMEN II.

Infinnitatis per essentiam transcendentia examinatur.

1. PRO huius quæstionis coronide videndum restat, an infinitatis diuinæ metaphysicæ per essentiam prædicatum diuinum omnia prædicata transcendant? dixi verò infinitatis metaphysicæ per essentiam, seu in genere entis metaphysicæ sumpti. Nam de infinitate physica in genere entis, seu per essentiam physicam diuinam prædicata nulla transcendere certissimum est: cum nullum seorsim tota essentia physica Dei sit, ac proinde neque infinitum physicè aliquod ex illis seorsim sumptum esse queat. De infinitate vero metaphysica, seu per essentiam metaphysicam, duplex adhuc quæstio in ea, quam proposuimus, esse potest. Altera an prædicata omnia diuina infinita per essentiam, seu in genere entis strictè pro Dei essentia, & ente metaphysico eius substantiuo ea vsurpantes, sint. In qua nobis cum alijs, qui circa essentiam Dei metaphysicam philosophicam aliter, ac nos sentent, atque in aggregato omnium diuinorum prædicatorum eam constituunt in negatiua conclusione, licet ex principijs diuersis est necessariò conueniendum. Illis quidem ob rationem, qua super infinitatem Dei per essentiam physicam transcendere prædicata omnia diuina negabamus: quia nimirum eorum nullum in horum opinione essentia metaphysica Dei est, sed pars illam metaphysicè componens: quare & infinitatem Dei essentiam metaphysicam integrans. Cui toti ea infinitas propria est.

2. Nisi fortè ad mutuam inclusionem essentia in Attributis, & horum omnium in essentia, & quouis eorum recurrant: quam ne ipsi quidem, qui eam docent, intelligunt: quæque essentiam metaphysicam, & attributa quæ in Deo recognoscunt, omnino contradictoriè negant, vt vidimus d. 3. & d. 8. de Trinit. quare ea ratio in præfata sententia de constitutione metaphysicæ essentia diuinæ ex omnibus diuinis prædicatis essentia metaphysicæ Dei infinitatem, seu huius infinitatem per essentiam, & in genere entis metaphysicè loquendo, diuina prædicata omnia non transcendere omnino demonstrat. Nec minus efficaciter hoc ipsum probatur in nostra sententia essentiam metaphysicam Dei in solo prædicato entis, seu essendi à se constituentem. Etenim, cum ea ratio entis attributa non transcendat, vt diximus, quorum nullum ens substantiuum metaphysicum, seu esse à se formaliter est: neque infinitatem per essentiam, seu in genere entis habeat metaphysicè, licet vnumquodque in suo genere habeat infinitatem, vt nuper dicebamus.

3. Hinc præter videtur facile probari infinitatem diuinam per essentiam, & in genere entis laxiori illa earum vocum significatione acceptam omnia diuina prædicata transcendere: Cum nullum omnino, vt diximus, sit, quod in suo genere, & è conceptu, & essentia sua infinitatem non habeat, quod solum ad metaphysicam prædicati cuiusuis per alia transcendentiam videtur requiri. Confirmatur: quia iuxta nostram ipsius diuinæ explicationem, seu definitionem nuper datam, infinitas metaphysica Dei per essentiam seu in genere entis laxiori vsurpatione est prædicatum metaphysicum diuinum è genere suo, ita omnem illius formalitatem possibilem, que imperfectionem non dicat in se continens formaliter indiuisibiliter, vt nequeat in illo genere maius haberi, ac proinde maioritatis in illo necessaria negatione optime denitur, & explicatur eiusmodi infinitas diuina, quæ proinde est per denegationem termini etiam extrinseci, vt sæpe diximus. Sed id totum, quod eam negationem fundat necessariò in suo genere, in quouis prædicato diuino inuenitur: ergo etiam, quo ad

negatiuum, seu negationem, qua infinitas diuina à nobis explicatur, ac denitur in omni prædicato diuino recognoscitur.

4. Nihilominus sentio. Prædicatum infinitatis metaphysicæ per essentiam, seu in genere entis metaphysicæ largi illa acceptione nullatenus prædicata diuina transcendere, licet omnia in suo quaque genere infinita sint. Id quod ex vrgentiori ratione, quam illa, qua eius transcendentiam probamus, mihi periculum est. Etenim, cum è genere, & conceptu essentiali suo indiuisibiliter formaliter infinita in suo quaque genere sint: non minus implicat quàm vnus formalitatem alterum transcendere formaliter, quod implicat manifestè: quia Attributi diuini cuiusuis generis formaliter indiuisibiliter idem est infinitas, quod ipsum Attributum formaliter est: ergo non transcendente tota formalitate attributi, nequit eius infinitas transcendere, vt de se patet. v.g. infinitas sapientia Dei conceptu, & essentia sua formaliter indiuisibiliter infinita in suo genere, nequit Attributum amoris diuini metaphysicè transcendere, ni formalitas sapientia etiam Attributum amoris transcendat: quod est implicatoria omnium Attributorum Dei confusio. Atque ob eandem rationem nequit dari infinitatis diuinæ metaphysicæ communis vniuoca transcendentia, sicut animalis respectu hominis, & bruti: neque analogica: quia nihil horum dari potest inter conceptus primo diuersos, cuiusmodi sunt diuina prædicata: quare solum in his, quæ partitis metaphysicè formalitatibus consistant dari potest; in quibus solum conuenientia cum disconuenientia potest inueniri: quare dicendum necessariò est infinitates metaphysicas diuinorum prædicatorum, sicut & ipsa prædicata esse primo diuersas. Nec obstat, quod adiectiue entia à se metaphysica Attributa, quare & adiectiue infinita in essendo sint: id enim Attributis commune denominationis, non formalis transcendentia est. Illud de negatione maioritatis in suo genere, qua infinitas hæc à nobis nostræ opus est omitrendum.

5. Sed dices inde inferri infinitatem Dei per essentiam, siue physicam, siue metaphysicam Attributum Dei non esse contra Theologos omnes: de metaphysica patet, ex ratione nuper data. Cum idem formaliter indiuisibiliter, quod suum prædicatum diuinum sit, vt dicebamus. Idem autem respectu sui ipsius proprietates, & Attributum esse nequit. Inde verò constat male à nobis, imò & à Theologis reliquis probari infinitatem Dei per essentiam ex prædicato entis à se à priori metaphysicè: Cum idemmet conceptus metaphysicè prædicati entis à se, atque infinitas eius per essentiam sit. De infinitate verò Dei per essentiam physicam idemmet argumentum efformari potest: nam physicè essentia physica, & infinitas Dei per illam nullatenus differt. Denique cum infinitas intentionis qualitarum, & extensionis, tam earum, quàm quantitatis ex partibus, siue intentionis, siue extensionis eiusdem rationis, & speciei constituantur, ea etiam infinitas siue intentionis, siue extensionis (quam modo admittit possibilem) videtur per essentiam qualitatibus, seu quantitatis esse: quare infinitatem per essentiam nullatenus ita Dei propriam & Attributum esse, vt nequeat creaturis conuenire: & hæc quidem videtur infinitatem per essentiam à ratione Attributi diuini relegare.

6. Infinitatem Dei per essentiam metaphysicam, seu in genere entis metaphysicæ, siue strictè, siue largè ea nomina vsurpentur, Attributum Dei à reliquis diuersum nullatenus esse, vt ratione efformata conuincitur videtur. Nec satis est ad eam diluendam (quod posset nonnemo respondere) infinitatem, scilicet, Attributorum infinitatem esse metaphysicam essentia metaphysicæ Dei Attributalem, non minus quàm Attributa ipsa, cum quibus cuiusque infinitas formaliter, indiuisibiliter metaphysicè identificatur, essentia metaphysicæ Dei proprietates, & Attributa sint. Ea enim infinitas essentia Dei metaphysicæ, infinitas, non per essentiam quidem, illius, sed per Attributum, cui formaliter identificatur est, vt ipsa solutione dicebatur. Verùm Attributalis infinitas Dei per essentiam non est illa infinitas per essentiam metaphysicam, sed per essentiam physicam, que quidem, licet physicè ab essentia Dei physica non differat, seu ab esse à se physicè sumpto, quod physicè idem & vniuersum cum omnibus prædicatis diuinis est: aut metaphysicè

ab eo, & ab essentia differt eiusmodi infinitas per essentiam physicam, seu in genere entis à se physicè, atque optime à nobis, & à Theologis reliquis per hoc à priori probatur, quod autem dicebatur tandem de infinitate creata, vel intensiva, & extensiva possibili, quæ totam genere qualitatris, vel quantitatis est, esse infinitatem intra ea genera, & essentias probat; non autem per earum essentias, atque è genere, & essentia eorum, quæ sine eiusmodi infinitate, & physicè, & metaphysicè saluari, concipi que valent; quod secus est in essentia siue physica, siue metaphysica Dei, veròis modo accepta, reliquique prædicatis, & Attributis diuinis, vt ex dictis patet. Infinitas vero per essentiam metaphysicam Attributum verum Dei est: & quod etiam ex prædicato metaphysico entis à se probetur à priori. Dicit enim in genere entis termini omnimodam negationem, & illimitationem prædicato entis à se formaliter non expressam.

QVÆSTIO II.

De Immutabilitate Dei.

DEi infinitatem per physicam essentiam immutabilitas itatim consequitur generatim (licet specialiter immutabilitatis partes, vt sic loquar, ex specialibus Attributis videantur suboriri: vt immutabilitas localis ex immanentia, in duracione, seu desitione, aut inceptioe essendi, ex æternitate, & sic de aliis) quia ex eo, quod possibilia omnia, quæ imperfectiorem non afferunt essentia Dei physica ita complectatur, vt nihil ea minus esse concipi queat sit, vt nihil ei denovo possit accedere, quod vbi primum ex æternitate est, ipsi non adfit: quod ipsum est immutabilitas, seu impotentia vt mutetur, aut necessitas essendi per æternitatem eo etiam omni modo, quo exitit primo.

CERTAMEN I.

Questionis, seu difficultatis explicatio: atque Vortij error.

Tribus modis res omnes creatas mutari experimur: quare, & rationales creaturas, quatenus cum cæteris irrationalibus conueniunt. Primò quoad esse (quæ quidem propria mutatio non est) vt cum esse incipit, quod antea non fuit, vel quod antea fuit, desinit esse. Secundo localiter: cum aliquid de loco in locum mutatur. Tertio accidentaliter: vt cum in quantitate, aut substantiali magnitudine, vel qualitate mutatur. Atque in hoc tertio mutationis modo duplex alius rationalium creaturarum mutationis modus continetur pro duplici qualitatris genere, quæ in solis illis reperitur: nempe intellectiõis, seu scientiæ, & amoris, seu affectus voluntatis, vt si non sciat, quod antea ignorabat, vel putabat falsum, vel velit nunc, quod antea non volebat, vel uolebat atque auerfabatur. His omnibus modis an Deus mutari queat inquiri potest: & primò modo quo ad esse, siue existentiam suam (quam impropiam mutationem diximus: quia subiectum, quod ex non esse ad esse, vel ex esse ad non esse transeat nullum est) contabit ex Dei æternitate d. 5. immutabilem esse Deum. Secundo autem modo mutationis esse incapacem ex eius immanentia patebit. De tertio autem modo specialiter est disputatio præsens, in qua de accidentibus non vitalibus, & irrationalibus vix vlla est adhuc apprensus difficultas. Cum ex Dei simplicitate (de qua d.) nullum ex iis accidentibus physicè inesse, necdum denovo aduenire clarebit. Quare de scientia, & amoris, vel affectu voluntatis, in quibus aliqua saltem difficultatis vmbra esse potest; tota erit disputationis præsentis difficultas.

2. Vortius apud Becanum 1. p. cap. 7. n. 1. Deum mu-

tabilem esse quoad amorem, & affectus voluntatis: blasphemauit. Ita enim aiebat pag. 65. *Deum quodam in tempore se ipsa vult, quæ ante noluit.* Et cap. 112. *Voluntas Dei est principium cuiusdam mutabilitatis in Deo: inferius. Non satis igitur circumspectè loquuntur, qui Deum vt essentia, sic etiam voluntate prorsus immutabilem esse affirmant.* Nec dubito hæreticum hunc scientia etiam mutabilem esse censuisse, in qua grauior proculdubio est difficultas satis obuia, quam cert. 2. expendemus, vbi accuratissimo, Catholicissimoque Recentiores ei succumbere, atque animum ad solutionem respondere videbimus, & ad tutissimum fidei de immutabilitate Dei asylum se recipere; quare Vortium, qui fidem minoris quam leue quodam difficultatis spectrum, semper facit in eo etiam errasse merito iudicamus: ni forte ipsius ignorantia, vulgaris adhuc, atque à Deo peruia difficultas non occurrit: quidquid enim Vercors homo non errauit, inficitia suæ debet, non iudicio.

3. In hunc eundem Vortij errorem Catholicus quidam Magister prolapsus visus nonnullis nupet fuit Toletus, dum consequentiæ ergo: Deum in tempore plura, imò & omnia decernere fallus est. Cum enim libera Dei decreta extrinseco effectu constitui, complerique doceret, qui quidem tempore, ac non ex æternitate adest, decretum ex æternitate Dei non adesse absolute, & adequate, sed absolute in tempore incipere, consequens omnino ipsi videbatur. Qua de re apud Toletanum S. Inquisitionis tribunal delatus fuit, quasi Dei immutabilitatem negare. Eandem doctrinam circa desitionem diuinorum decretorum tenuisse videtur Gaspar Hurtado 1. p. tract. 3. d. dif. §. ex eodem principio de constitutione diuinorum decretorum per aliquid extrinsecum: Docet enim ibi decretum de existentia rei, quæ perit v.g. Adami, eo tranfacto, atque è viuis sublato, cessare, neque adhuc persistere, quod æque Dei immutabilitati videtur officere.

4. Cæterum Catholicis hi Doctores nusquam Dei immutabilitatem physicam negare in animo habuerunt: cum id totum, quod Deo intrinsecum in decreto est, ex æternitate fuisse, ac per totam æternitatem fore expresse fateantur; solumque deficere extrinsecum creatum, quo intrinsecus Dei affectus in decretum completur: quod non est Deo intrinsecum aliquid, vel tempore aduenire, vel aliquando desisse, quod solum ei immutabilitatem aboleret. Nam extrinsecus aliquid in tempore Deo aduenire, quod postea ipsi extrinsecus deficiat certissimum, imò prorsus catholicum est, ex mysterio Incarnationis, mundi que creatione, quæ Fides sunt certa. Nihilominus decreta diuina in tempore incipere, ac tempore tandem desisse absolute dissonè, & dicitur, & auditur. Cum enim velle, ac voluntate decernere denominationes vitales sint: proindeque intrinsecæ volenti ac decernenti, vt ipse immanentes, Dei mutabilitatem sonant: cum fatendum absolute sit antecedenti ad tempus; in quo effectus signi, æternitate Deum non decreuisse, aut voluisse, quod in tempore absolute voluit; æque tranfacto effectu non velle per æternitatem succedentem, quod aliquando voluit: ac proinde à non volente aliquando, seu negatione volitionis ad volitionem, & è contra à volitione, & volente aliquando, ad eius negationem, & non volentem videtur absolute transire: quod mutationem intrinsecam sonat vt dixi, atque absolute cum Vortij blasphemia. Id quod me ita ab ea deterruit, vt ob id solum incommodum à constitutione decretorum Dei per extrinsecum creatum contingens deficerem, etsi nullum aliud incommodum, vel fundamentum haberem.

CERTAMEN II.

Dei Immutabilitas, ex fide, & ratione est.

1. **P**Robatur. 1. ad Timot. 1. *Regi sæculorum immortalis.* & cap. 6. *Qui solus habet immortalitatem:* nomine autem immortalitatis, omnimoda Dei immutabilitas

ORTEGA
In a part
D Via

litas significatur, ut interpretes ibi Jacobi 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Speciatim vero omnes mutationis modi à nobis numerati reiciuntur à Deo apertissimis scripturæ testimoniis tanquã ipsi impossibiles. Primus enim mutationis modus, licet improprius, in Deum cadere nequit, ex Psal. 101. *Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt Celi: ipsi peribunt: Tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut operorium mutabit eos, & mutabuntur: Tu autem idem ipse es.* Quod si vulgari fati sensu accipiatur omnis, etiã mutatio à Deo excluditur. Vulgo enim de eo, quem aliquo accidenti colore, vel corporis figura, & habitudine moribus mutatum videmus, eundem ipsum esse negamus. Quo sensu Chrysol. duplicem illam Mariam ad Christi monumentum cum vnguentis aromaticis aduentantem, de eadem persona Mariæ Magdalenæ subtiliter interpretabatur, quæ tamen ob morum antiquorum, in potiores alios mutationem *una Maria, & altera Maria* dicebat. Et hispane de sic mutatis de mutatis quoad accidentia vel physica, vel moralia, dicimus: *No es el mismo este hombre.* Sed addit contra primũ mutabilitatis modum Plaltes *Et anni tui non deficiunt.*

2. Hæc ipsa specialis Dei, quo ad esse, & existentiam suam immutabilitatis expressa est vocibus strictè etiam acceptis testimoniorum, quæ ex Epistola ad Timot. nuper recitabamus, atque alius, quæ pro Dei æternitate dabimus. Secundus modus mutationis localis eis locis Deo impossibilis asseritur, quibus immetitas diuina exprimitur. Hierem. 23. *Cælum & terram ego impleo.* Baruch. 3. *Excelsus, & immensus.* Tertio verò modo impossibilitas mutationis in Deo per accidentia præferim scientiæ, aut affectus voluntatis, in quibus, ut dixi, tota est difficultas. Probat ex n. 23. *Non est Deus quasi homo, ut mentiarur* (materialiter adhuc ex ignorantia) *neque ut filius hominis ut mutetur:* Voluntate scilicet, & affectu. Proverb. 19. *Multa cogitationes in corde viri: Voluntas autem Domini permanebit;* & tandem Malach. 3. *Ego Dominus, & non mutor.* Est autem ibi sermo de proposito, seu voluntatis diuinæ mutatione, aut mutabilitate, idcirco veritas hæc diuinæ immutabilitatis definita est, ex cap. firmiter de summa Trinitate.

3. Pro eadem veritate clamant Patres Boetius notissimus illo suo carmine: *immotusque manens dat cuncta moueri.* August. 1. conf. cap. 6. *Rerum omnium instabilem stant causa: iterum omnium mutabilium, immutabiles manent origines, & omnium irrationabilium, & temporalium sempiterna viuunt rationes.* Prosper sententia 145. *Æterna, & incommutabilis est, voluntas eius, nec consilio alternante variatur: in qua simul est, quidquid in rebus creandis, vel ordinandis præcessit, aut sequitur.* Rursum Augustinus 1. Confel. cap. 4. Ita Deum adloquens rem totam, & vniuersim, & luculentè est complexus: *immutabilis mutans omnia, nunquam nouus, nunquam vetus, in nouans omnia, & in vetustatem dedicens superbos, & nesciunt: semper agens, semper quietus, colligens, & nouans, & protegens, creans, & nutrens, & perficiens, quæris, cum nihil desit tibi: amas, nec astutus zelus, & securus: pavit te, & non doles: irascitur, & tranquillus es: opera mutas, nec mutas consilium: recipis, quod inuenis, & nunquam amittis: nunquam inops, & gaudes lucris: nunquam auarus, & usuras exigit. Super erogatur tibi, ut debeas, ut qui habet aliquid non tuum reddis debita, nullis debens: donas debita, nihil perdens.*

4. A ratione verò facilis se dat probatio. Primo ex Dei simplicitate, quæ omnem ab eo compositionem intrinsecam tam substantialem, quam accidentalem (sine qua vera mutatio, & non de nomine solum, esse nequit) ab eo repellit. Secundò, ex Dei infinitate per essentiam, ex qua omnia attributa alia ipsi necessario, vbi primum est, adesse necessariò inferuntur, ac proinde immutabilitas. Insuper, ut præfatione quaestionis docebam, cum infinitas hæc Dei attributalis per essentiam physicam in eo stet, ut nihil maius Deo esse possit: ac proinde omnia, quæ imperfectionem non dicunt formalis eminentialis, seu omnium possibilitatem ab imperfectionibus suppuratorum formalis continentia: quidquid accideret potest ab ipso necessario præhabetur eminentiori formalitate: ac proinde, quidquid aduenire illi cogitur, chimericum est.

Tertiò ex æternitate mutatio quoad esse, seu existentiam illi est impossibilis. Ex immetitate mutatio quoad locum: ex scientiæ infinitate metaphysica, cuiusque certitudine fit, ut nihil deuo sciat, nec falli possit: indeque etiam ut nunquam mutet consilium, nec decreta, quæ sapientissime, ac prudentissime semel habuit. Inde denique quod statim, atque ab æterno est decretum, velique omnia decernenda, atque volenda: cum ad omnia præconcordanda, neque experientias, neque temporis inductas expectet, ut perfectissime cuncta percaleat.

5. Dices primò: Deum ex tempore creatorem esse, vereque proinde dici, aliisque nomina, & nomina temporarie subire, quæ ex æternitate non subit: in quibus præcipuum est incarnatum esse, atque humanitati vnium, adeoque intrinsecè vnium, atque humanitas, quæ eiusmodi vnione ad ipsum mutatur. Huius difficultatis solutionem deservisse videtur Augustinus 2. de ciuitate. cap. 1. Eam autem intenet, deditque tandem 5. Trinit. cap. 15. & 16. respondens (quod verissimum est) nempe eas denominationes non ab intrinseca aliqua Dei forma, seu entitate ipsi physice inhaerente, atque in tempore accedente, sed ab extrinseca actione, & effectu creatis Deo tribui: quæ cum tempore adueniat, Deum ex tempore solum denominant, non ex æternitate: quod si Deus nobis de remedio prouideret, vel prouidens in tempore oportuno apud scripturas dicitur, non de intrinseca ipsi prouidentia, sed de eius effectu & remedio intelligendum est. Prout scilicet prouidere tantum valet, ac succurrere. Ad illud de Incarnatione, & vnione intima Dei ad humanitatem diximus controuersi, de incarnat. Nunc fati fit scire intimam vnionem extremi ad aliud vnionem non inferre huius in illo inhaesionem, quæ ad intrinsecam eius mutationem requiritur, sed adhesionem solum fati esse.



QVÆSTIO III.

An Deus mutabilis sit, quoad actus liberos Scientiæ & voluntatis suæ, negatiue saltem?

DEVM in suis liberis etiam actibus scientiæ, & voluntatis immutabilem contrarie, id est ad scientiam, seu voluntatem contrariam suadent, & testimonia scripturæ, quæ vltimo loco quaest. proxima recitabamus (quæ de hæc immutabilitate expresse loquuntur) & rationes, quas subiunximus: aut immutabilitatem negatiuam, vel per cessationem actus, quem ab æterno habuit, temporaneam, vel per temporaneum actus, quem ab æterno non habuit, aduentum, non ita clare ea omnia suadent. Idcirco, & quia speciales, grauissimæque difficultates negatiuam hanc Dei, quo ad eos actus, immutabilitatem impugnant, scorum de ea dicere opera præsumimus, ut ea omnia, quibus, quo ad eam, Vortij error, aut vlla Theologis aberrandi occasio relinquere, radicibus conuellerem: ne posthac alicui esse officiculo possent.

CERTAMEN I.

Quæ negatiuam Dei quo ad actus liberos Scientiæ, & voluntatis mutabilitatem, vel suadent, vel emolliunt recensentur, ac repelluntur.

1. **V**ortius ut retuli. q. 2. cert. 1. n. 2. mutabilitatem negatiuam, quoad actus liberos voluntatis in Deo admittendam necessario effutit. Cum enim hi Deo non admittit necessario, sed potuerint ipsi absolute non adesse

ad esse locus in eis mutationi negatiua saltem videtur adesse quod ipsum de scientia libera Dei, quæ circa contingentiã veritatur, videtur eadem ratione admittendum. Verum, licet cuiusmodi actuum diuini contingentiã, & libertas in grauissimis Theologia difficultatibus merito numeretur; at Dei, quo ad eos adhuc, mutabilitatem, nullatenus suadet. Etenim eorum libertas eatenus solum illos ab aliis necessariis Dei prædicatis discriminat: quod hæc Deo necessario adfuit, illa verò non item, sed absolute poterint non esse. Non autem in eo, quod decreta, vel scientia libera contingentiã semel habita possunt in opposita mutari, vel deficere in tempore; vel nõ habita ab æterno, in tempore incipere: id enim ad eorum libertatem, & contingentiam, quæ in diuinis prædicatis necessariis deficit, opus non est; sed solum quod pro priori libertatis in actu primo possint non esse: quod habent, est æternitate mentitur, siquæ necessariis Dei prædicatis coarua: quare ex eorum contingentiã, & libertate præcise mutabilitati adhuc negatiua Dei, quo ad illa, locus minime datur.

2. Dices: Pro illo priori indifferentiã, & libertatis diuina non est decretum Dei: si enim illud pro tunc adesset, non esset libertas ad ipsum, vel eius negationem, ac proinde neque libertas contradictonis, neque ad oppositum decretum, quare neque libertas contrarietatis; cum ex actu, siue in actu primo fit decreti illius determinatio. Ad coniungendum autem cum illo, vel eius negationem, vel decretum oppositum potestas chymarica est, & impossibilis: ergo, cum Deus concipit actum liberum transe ad illum ab eius negatione, siue à non volente, aut sciente, ad volentem, & cognoscentem obiecta contingentiã. Hoc autem nequit fieri in æternitate, pro qua, quodquid in actu primo Deo adesset, ipsi verificatur adesse: ergo in tempore. Verum conuincis tuis ipsis consequentis non adesse Deo pro illo priori, negationem decreti, ac scientiã liberã, quam adesse pro illo contendis quamque pro posteriori habuit, ne lædatur libertas Dei in actu primo. Et quidem neutrum extremorum libertatis, siue contrarietatis, siue contradictonis pro illo priori causis liberis adesse certissimum est, & ea certitudine, qua effectus causa sua non est, & qua causa libera aut potestas ad verum est. Itaque potestas actiua ad verum liberã, quæ formalissimè libertas in actu primo potestatis, seu causæ liberæ est, ab viroque extremo præscindit, ac proinde neutrum in illa est, præcise quidem, non negatiua. Nam prioritatis signa, seu instantia non sunt sciendi, vel non essendi siue verificacionis instantia, sed causalitatis, atque vt vulgo dicitur instantia, à quibus actus secundus potest esse, non in quibus sit, esseque possit.

3. Alitudo tamen alij dicere possent Deum posse temporarie incipere, vel desinere posse liberè velle, vel scire contingentiã obiecta, quin propriè, & physice intrinsicè mutaretur: etenim, licet ab æterno, atque in æternum non haberet decreta, & scientiam liberam, quam habet, vel haberet, actus liberos eis oppositos, nihil physicum & reale haberet, vel ei deficeret, quod modo non habeat, vel deficiat; alioqui eiusmodi decreta, & scientia libera, libera Deo non essent: quia tam necessariò ea haberet, quam necessariò est immutabilis: ergo, licet in tempore incipiat, vel desinat decretum, & scientia libera, quam modo habet, nihil ei intrinsicè cum deficiat, vel aduenit eis, quæ de factò habet, habuitque ab æterno, aut in æternum habebit, si eiusmodi decreta non deficerent, vel inciperent temporariè; Patet consequentiã: quia sine defectu, vel aduentu denuo aliquid intrinsicè, quod physice subiectum antea, vel habebat, vel non habebat, nequit esse propria physica, & intrinsicè eius mutatio, quæ sola Deo repugnat. Confirmatur: quia Deum liberè scire, vel velle, solum addit supra amorem, & amorem necessarium diuinum denominationem extrinsicam ab obiecti contingentiã, & respectum rationis in ea fundatum. Hæc autem in tempore Deo aduenire, deficereque posse supra admissum: patetque in denominatione actualis creatoris rerum: ergo & denominationes liberè volentis, & scientis.

4. Vt à postremo hoc ordiar solutionem, nego denominationes scientis, & volentis contingentiã obiecta esse
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

solum extrinsicas Deo: sunt enim omnino intrinsicæ. Quomodo autem, cum intrinsicæ sint, possint Deo absolute deficere, communis, grauiorque difficultas est, quam, vt cursum extra propriam sedem tractetur. Me igitur de ea videre controuers. de voluntate Dei dist. de decreti liberi const. vbi id per otium examinabo; est propius velitis controuers. de scientia Dei, quæ huc primò immediatè succederet. Sed admissio denominationes extrinsicas Deo esse. Nego consequentiã: licet enim denominationes extrinsicas, quæ temporaneum aduentum extrinseci contingentiã, à quo desumuntur, spectant, Deus in tempore sæpe subeat, vt patet in exemplo adducto actualis creatoris & similibus. Affas, quæ temporaneum aduentum, & existentiam actualem extrinseci, à quo desumuntur, non spectant, neque in tempore, neque ad tempus subire Deus potest. Huiusmodi autem sunt denominationes scientis, & volentis liberè obiecta contingentiã, est extrinsicas esse admittamus: desumuntur enim à veritate, seu cognoscibilitate, atque à bonitate, seu amabilitate obiecti, quod quantum contingens sit, si semel verum, seu cognoscibile, & bonum, seu amabile sit, non solum quando de præsentibus est, sed semper ex æternitate, & per æternitatem verum, seu cognoscibile, ac bonum, seu amabile est. Hinc patet ad præcipuum argumentum solutio. Nam, est ea deficientia actus liberi non appareat formalis intrinsicè Dei mutatio formaliter, aut ex ea inferatur intrinsicè formalis physica mutatio ipsius. Nam, si veritas, & bonitas, seu obiectum amabile, & cognoscibile, quod semel, & aliquando tale est, ab æternitate, & per æternitatem, semper cognoscibile, & amabile est, atque non ex æternitate, vel per æternitatem à Deo cognoscitur & amaretur, sed solum temporarie, tota æternitate è solo defectu infinitæ intelligentiæ, & omnis scientiæ Dei, quæ prædicata intrinsicè Dei sunt, ea obiecta non intelligeret, atque è simili intrinsicè defectu non amaret: quod non inferatur ex eo, quod ea, quæ solum poterant esse vera, & futura, non autem fuerunt, non amet, neque intelligat.

5. Murciani Recentiores argumentis contra Dei, quo ad hos actus, in variationem temporaneam à se subtiliter, & docte satis instructis parum absuit, quin ponderi difficultatis succumberent: in eamque irent sententiam, vt Dei, quo ad actus liberos scientiæ, & voluntatis, temporariam variationem saltem negatiua faterentur. Aiebant enim (audaciorum nomine, non suo) quosdam esse in creatis contingentiã veritates bonitatisque, non, nisi quando actu de præsentibus sunt cognoscibiles, & amabiles, vt eorum argumenta contendebant, satis, vt cert. 3. videbimus, efficaciter: quare quod ab æterno à Deo nesciantur ignorantia verti Deo non posse: ac proinde, neque defectum physicum omnis scientiæ, neque intelligentiæ curritatem in Deo arguere: quemadmodum nuper dicebamus de nescientia Dei futurorum, quæ, licet, futura absolute esse possint, nusquam tamen absolute erunt. Ideo ipsi tandem scriptura Patrum sola, & Scholasticorum reuerentiã, ne in eam eant sententiam teneri se faterent, nusquam autem ratione. Si enim illud principium euerteretur, quod semel verum, bonumque, seu cognoscibile, & amabile est, semper est amabile, & cognoscibile. Certum itaque non sit, non erit vnde Dei, quo ad actus liberos immutabilitas, seu inuariabilitas negatiua à ratione monstretur. Sed certe nos, quibus, licet ingenij tardioris, in scripturæ Patrumque dogmaticas sententias tardioris, in scripturæ Patrumque dogmaticas sententias amor, atque erga veritates in eis contentas ingenitas, magna ex parte ingenium est, non ita arte horum Recentiorum argumenta premere vt in à Deo in via agamus cert. 3. ostendimus: vbi etiam videbimus nullas esse veritates, aut bonitates temporariè determinato affixas, quæ neque ante illud, neque post illud sint cognoscibiles, & amabiles.

ORTEGA
 In A. pari
 D. V. Ia

CERTAMEN II.

Deus quo ad actus liberos scientia, & voluntatis etiam immutabilis prorsus, & invariabilis auctoritate, & ratione monstratur, & ex parte vindicatur.

1. Probatur primo ex illis verbis Psalmi 101. *Tu autem idem ipse es* vulgari enim illo sensu, quem satis ad litteram dedimus q. 2. cert. 2. n. 17. omnem etiam quo ad affectiones, & actus metaphysicos Dei mutationem, & variationem prorsus à Deo repellit. Secundo ex illo Iacobi 1. *Nec vicissitudinis obumbratio.* Est enim aduentu temporano veritatis tempore suo affixæ, atque bonitatis in eo ipsi similis, ac promde & scientiæ, & voluntatis libera, quæ Deo ab æterno non aduisset, nec formalis, nec illariua physica intrinsecta, & propria mutatio, adhuc negatiua, Deo adesset; neque etiam si deficerent temporarie, & temporano eorum obiectorum recessu ob discursum datum cert. 1. n. 5. quem falso in initio principio inferius ostendimus, aut mutationis, & vicissitudinis obumbrationem, seu umbram in eo esse, quod necessitatis de obiecto contingenti eius scientia succedat, atque hinc rursum per æternitatem successura sit eiusdem obiecti necessitatis negari minime potest. Reliqua scriptura testimonia ibidem n. 3. producta præsentis instituti de immutabilitate negatiua Dei, in eo quidem iudicio, non sunt.

2. Ex recitatis Patribus ad rem præsentem faciunt illa Augustini verba 1. confess. cap. 6. *Rerum omnium instabilium sunt causa, & rerum omnium instabilium immutabiles manent origines* (scilicet decreta,) & *unum irrationabilem, & temporalium sempiterna virtutum rationis.* Id est scientia Dei ea, & disponens, & contemplans. Sententiæ item illa Prosperi, quæ est 145. *Æterna, & incommutabilis est voluntas eius, nec consilio alternante variatur: in qua simul est, quidquid in rebus creandis, vel ordinandis præcessit, aut sequitur.* Cum autem consilium, seu scientia non alteretur, atque in Dei voluntate simul sit, quidquid successu temporis fuit, vel erit iuxta Prosperum, nulla ex æternitate, & per æternitatem in eis varietas, quare neque mutationis adhuc negatiua umbræ, quo ad ea, esse viqueam potest.

3. Ratione insuper probari potest. Primo ex prædicatione diuina, quod in actibus Dei liberis tam voluntatis, quam intellectus intrinsecte, necessitatis, & essentialiter inuoluntari. De ratione enim cuiusvis prædicati diuini verè, ac intrinsecte tali, est æternum esse: atqui scientia, & voluntas libera Dei de obiecto quouis quantumuis contingenti, & defectibili verè, ac intrinsecte diuina ante, siue à parte ipsi sui defectus absque implicatione accedere: ergo neque actibus liberis scientiæ, & voluntatis diuinae de obiecto vilo, quantumuis contingenti, & defectibili, probatur secundo ex summa intelligentia, seu vi intellectu, atque omniscientia diuina, quo ad scientiam Dei liberam, (in qua præcipua subhoritur difficultas expedienda cert. 3.) Etenim ex eis prædicatis necessitatis inferitur Deum ex æternitate, ac per æternitatem cognoscere quidquid ex eis, & per eam est cognoscibile, ne vel omniscientis aliquando non sit, curaque, ac sumæ intelligentiæ arguatur. Atqui obiectum quoduis quantumuis contingens, & defectibile ex eo potest esse, quod aliquando absolute sit, verum, & cognoscibile est ante acta æternitate fore, & successura æternitate fuisse: ergo & fore, & fuisse cognoscetur à Deo in illis, & esse pro duratione, qua est. Assumpta minor subiuncta probatione claret, clarebitque amplius cert. 3. ubi eius impugnationes efficaces dilucentur. Probatur tertio ex probato à nobis principio de infinitate generis suo, & simpliciter tale, ac per denegationem terminum, etiam extrinsecti generis illius cuiusvis præ-

dicati diuini è conceptu suo indiuisibilem de eidenter inferatur amoris, & scientiæ Dei primo habitis, & conceptis nihil amoris, aut scientiæ accedere vquam, vquamve posse de aliquo obiecto.

4. Obicitur primo. Nequit sciri inuariabiliter nisi inuariabiliter veram; ac tale contingens non est, cum absolute possit non esse: ergo nequit inuariabiliter sciri. Distingue minorem. Tale est ex suppositione, quod aliquando sit, ex qua à Deo scitur, & ex qua absolute non potest non esse aliquando; atque ex æternitate fore, & per æternitatem successuram fuisse, nego minorem; & inde consequentiam in eo sensu. In illis, adhuc ex suppositione, quod aliquando sit contingens, eius entitas potest deficere aliquando: ergo & veritas quæ ab ea non differt, Distingue maiorem. Potest deficere physice æterno suo actu primo solo, aliquando fæcor, obiectiæ nego, & similiter consequentiam, seu consequens iuxta dicta. Instabis secundo: scientia Dei de obiecto contingenti eisdem, atque hoc; contingentiæ pro singulari instantibus subest, atque hoc, adhuc ex suppositione, quod in vno instanti sit potest in aliis deficere, etique proinde contingenter in aliis: ergo, & scientia Dei de illo, adhuc ex suppositione quod semel sit, contingenter, ac defectibiliter perseverat. Est manifesta æquiuocatio. Ex eo enim, quod scientia Dei contingentiæ obiecti subit, quia, si non sit in hoc instanti non cognoscitur esse in illo, neque in secundo, si in eo, vt potest obiectum contingens non sit. Aut non inde inferatur scientiam de obiecto existenti in primo instanti illo, vt existente in illo, potest deficere, & cessare in instanti secundo; sed solum potest non esse scientiam obiecti eiusdem, vt existentis in instanti secundo non solum in illo, sed & in tota æternitate. His eisdem impugnari potest æternitatis actuum voluntatis diuinae liberorum, quo obiecti contingentiæ existentiam supponunt quibus eadem occurrente solutiones.

5. Sed vrgentius contra actus liberos omnes voluntatis diuinae, tam complacentia, quam desiderij, argues, qui neque ab æterno esse, neque in æternum videntur posse perdurare. Bona enim creata, siue physica, siue moralia, neque ab æterno, neque in æternum actu deperissent sunt: atqui complacentia nequit sine boni presentia esse, cum essentia sua in bonum, vt presentis, scaturat: ergo Dei complacentia de bonis creatis neque ab æterno est, neque in æternum erit; sed cum eorum presentia temporarie incipiet, & absentia eorum temporaria finietur. Quod ipsum de desiderio facile probatur: cum hoc boni absentiam essentia sua requirit, etique presentia, quæ temporaria in creatis est, necessitatis percat. Quod si desiderium efficax sit de re tali tempore opponenda, ea postea, transactoque eo tempore perseverare illud nequit, quin sit desiderium efficax de re impossibili, quod implicat: tempus enim illud nequit redire: & quidem licet decreta ab æterno ob Dei perfectionem concepta fuerint irrita tamen, & otiose, quare & respignant vltra rei statuto tempore effectiorem, contentationem, que videntur perdurare. Nec valet recursus ad presentiam physicam rerum æternitatis Dei per æternitatem; atque ex æternitate S. Thomæ impostam: vt enim vera esset, atque ad gaudium æternum Dei de illis sufficeret: ad omne Dei erga creatas desiderium, contra scripturam, ablegandum satis foret: nisi ad presentiam rerum temporaneam in propria mensura recurratur: in qua totus argumenti impetus erit excipendus.

6. Respondeo de creato gaudio, & desiderio verum esse antecedens: in quibus euentus incertitudo, ac saltem non adeo constantis scientia nostra, atque in Deo de absententi; ac nondum existentem est, neque anxietatem, desiderij creati indiuiduum contentam, nobis eximit, neque gaudio de futura boni existentia locum facit: quod si omnimoda de futuro bono infallibilis, ac secuta nobis adesset notitia, gaudere perinde possemus, ac si presentis nobis adesset. Scite enim de certitudine promissorum à suo imperatore in hanc sententiam Pacatus in sua Pa-negyrici scripsit. *Tam certa sunt, quæ spondes, vt, siue videntur accepta, cum spondes. Cumque hæc sententia fuerit accepta, vt, tunc homines incipient felicitate gaudere, tunc capissent esse felices; vt promittendo præstantia inuenisti*

inmensi tempus, quod nobis natura subtraxerat: ut, quæ ad præsentia solùm inuadant, etiam ad præsentia delatent. Ne tamen rhetoricè magis, quam solide, scholasticè, ac uisibiliter dictum à Panegyrista uideatur accedat Arist. 2. Rethor. c. 5. ubi de malo certo futuro, Timorem non posse concipi ait, sed tristitiam gaudii oppositam. *Opus est* (inquit ille) *salutis subesse spem, pro quo perherresimus.* Cui consentit S. Thom. 1. p. q. 62. art. 2. & 3. p. q. 15. art. 7. Eius ueritatis firmiorem habemus Christi testimonium Ioann. 8. n. 50. *Abraham* (Christi tot retro annis antecessor) *pater uester exultauit, ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est.* Vnde & Apostolus ad Roman. 8. Beatos suam beatitatem sperare non posse aiebat dicens: *quod uidi quis, quid sperat?* cum tamen nisi certo futura spei, ac desiderii actum impediret, gauisusque affectum moueret Beatiss. fore per æternitatem desiderare, sperareque possent, quam fore certò uidebant. Erratio est. Quia, quod nobis gaudium ingenerat, non est physica eius præsentia, & existentia in se, sed in cognitione certa, ut de eius existentia securi reddamur: quare infallibilis certa, ac secuta scientia de boni fututione absoluta ad mouendum nostrum gaudium, uisioni de eius præsentia æquiualeat, atque in morali æstimatione idem cummo est: cum ergo Deo creata bona, eorumque impropria duratione existentia à Deo certè, atque infallibiliter, ut existentia, sibi que pro illa coexistentia, ex æternitate uideantur atque tunc, atque cum in se præsentia, & existentia sunt, gaudium mouere ipsi possunt.

7. Ad illud de desiderio dicito: Deum ad illud non boni creati, nec fututionis eius uisione, sed uel scientia simplicis intelligentiæ de eius possibilitate, uel scientia media de eius conditionata fututione moueri. Cum autem hæc scientia æternæ per omnes sint, atque Deo uoluntatem sollicitent, inque æmpossibiles cum scientia uisionis de rei fututione, atque actuali existentia, & cum gaudio per hanc regulatur; æstimationem regulatam per uisus æternæ perdurat: quod in nobis nequit euenire, quibus obiecti præsentia, & possessio scientiam de eius absentia pro tunc depellit. Inde uerò constat desiderium effectum de re tunc tempore apponenda, eo adhuc elapso, & inuenerabili non ferri in impossibile: nam per scientiam simplicis intelligentiæ, aut conditionatam, qua semper regulatur, Deique ad illud mouetur, non ponitur cum actuali existentia elapsa, seu præterita, sed pro priori quasi natura, & maioris uniuersalitatis, ut ab actuali existentia, & negatione sui præcindit. Sed neque iam est desiderium illud otiosum. Tum quia nec uisus casualis (cuiusmodi decretum effectum est) otiosa, & frustranea est post absolutum effectum: cum satis ne frustranea, & otiosa sit, habeat, si ad actum reduci possit aliquando: nempe quando oportet, & ubi oportet, ut docet Cateranus aiebat. Tum quia, si otiosus & frustraneus non fuit per vos ab æterno, cum non poterat effectum pro hoc instanti decretum apponere, quia id ad Dei perfectionem spectat, ita neque elapso hoc instanti otiosus, & frustraneus per æternitatem perdurabit: quia id ad perfectionem immutabilitatis Dei est necessarium. Denique his argumentis solutio sequentibus adhibenda clarius adhuc satisfacet.

CERTAMEN II.

Difficiliores ex Scientia, obiectiones enervantur.

1. Obicitur difficilior adhuc. Deus ab æterno nouit incarnationem futuram, quam futuram non potest, nisi falso iudicare, ex quo peracta de facto fuit: ergo iudicium de eius fututione Deo ex tunc cessauit, ac defecit. Item ex eo tempore Incarnatio, aut Natiuitas Christi præterita à Deo iudicatur; cum tamen præterita per antecedentem æternitatem ab eo iudicari non ponitur, quia falso iudicaretur, quod Deo repugnat: ergo iudicium de Incarnationis, aut Natiuitatis præteriti.

Christi ph. de Ortega, de Deo Uno. Tomus I.

tionem ab eo tempore Deo cepit. Denique solùm cum actu & de præsentis erat, si barque Incarnatio, & Natiuitas Christi uere iudicari à Deo poterat actu, & de præsentis fieri, uel esse, non autem æternitate antecedente, uel subsequente illud infans; siquidem in eis falsum esset hoc Dei iudicium *Incarnatio uel Natiuitas actus, & de præsentis est*: ergo scientia & iudicium hoc diuinum in tempore cepit, atque in tempore defecit Deo; ac proinde Deus, quo ad scientiam absolute existentium contingentium mutatur negatiue in tempore, & à positua scientia in negationem eius, & positua in negationem scientiæ in scientiam de illis. Nec uideatur communis solutio sufficiens: quod nimirum ea mutatio in scientia, & iudicio Dei intrinsecè non fit, sed in obiectis ipsis extrinsecè à tempore, quo durant, eiusque uarietate, à qua intrinsecè Dei scientia denominatur extrinsecè præscientia. Etenim argumenta intrinsecè Dei iudicium falsum esse, ac proinde Deo impossibile nisi eis determinatis temporibus fututionis; præsentia, aut præteritionis obiectis, uidentur ostendere. Id quod duplici argumento acute satis instructo contendunt Murciani Recentiores, & à priori, & ab absurdo.

2. A priori: quia rem esse actu, & de præsentis diuersa ueritas obiectione est ab hoc, quod est rem futuram esse, aut præteritam, & cui assentiri uerè, ac proinde absolute non potest Deus, quouique eius duratio de præsentis sit: alioqui assentiri ei ueritati res, uel duratio, actu, & de præsentis est extra eius, & durationis præsentiam, nimirum antequam sit, uel postquam præterit poterit: atque nobis nunc reuelare: *Antichristus est*, actu nimirum, & de præsentis, ac similiter *Iudas actus, & de præsentis tradidit Christum in horro.* Si enim non sit diuersa ueritas obiectione, uel sit extra actualem eius existentiam de præsentis uerè, ac proinde absolute iudicabilis à Deo: & erit absolute reuelabilis, Quocumque enim tempore Deus uerè iudicat aliquid absolute, potest, & absolute, ut illud iudicat, nobis reuelare. Confirmant à paritate triplicis status res: nempe possibilitatis, fututionis conditionata, & fututionis absolute, qui diuersas ueritates obiectione constituunt, quarum neutra pro statu prioris potest iudicari, scilicet à Deo, quouique res in illo de facto sit: ac proinde diuersas in Deo scientias constituunt: ergo & ueritas actualis existentia rei de præsentis diuersa est à ueritate fututionis; neque de re pro statu fututionis uere iudicabilis, quouique actu, & de præsentis sit, uerè res, eiusque duratio: diuerso item iudicio, quo futura iudicantur, & res, & duratio eius. Confirmant secundo argumento, quod ex gaudii natura nobis opposuimus cert. 2. quod nisi de bono actu existentis, & possessio esse nequit.

3. Si recurramus ad Thomisticam rerum præsentiam in æternitate, incidit in impugnationes tactas ibi. Si autem ad diuinæ scientiæ eminentiam, quæ abique ulla sui uariatione succedentes temporarie ueritates repræsentet, ac penetrat: id solum contenditur. Si solum pro tempore, quo de præsentis sunt repræsentari admittas, ac denuo tunc uere denominari scientiam absolute Deum rem de præsentis, & actu esse: id enim solum satis est, ut diuinæ scientiæ eminentia saluetur. Est tamen contra Augustinum, & Prosperum, imò & reliquos Patres, & Theologos, qui hæc de re differere. Idemque contra ostendit in affectibus Dei liberis fateri teneberis. Si tertio dicas implicare aliquid esse aliquando uerum quod ab æterno, & æternè uerum non sit, atque iudicabile, & cognoscibile ut in cert. 2. arguebamus. Solum probabis esse uerum ueritate fututionis, & præteritionis, atque, ut futurum ab æterno, ut præteritum uerè per æternitatem etiam necessarium esse uerè cognoscibile, ut argumentum nostrum ibi probabat. At uerè ueritatem de præsentis, seu hoc quod est actu, & de præsentis rem esse, atque ita esse ab æternitate, in qua nondum de præsentis res est, aut ea elapsa eiusque duratione per æternitatem, in qua eius negatio suo modo erit, ac rem esse repugnabit, eam ueritatem obiectionem huius iudicij, *res eiusque duratio actu est, ac de præsentis* peristere, non apparet unde probetur, adhuc apparet, ut argumento, specie saltem r. nus, satisfiat.

4. Caterum, etsi certum sit diuersam obiectionem ueritatem esse rei, seu durationis fututionis ab eius actuali existentia de præsentis, quia plura unum obiectum, quàm aliud

ORTEGA
In a. pari
D. Via

aliud inuoluit, ut iam dicam; hanc tamen quo ad omnia, quae ex parte obiecti claudit, atque importat non posse, quo ad usque depraesenti sit, tam à Deo, quam à nobis cognosci, ac iudicari haereticum videtur. Primò enim recitatis verbis ex Ioann. 8. *Abraham Pater vester exultauit, ut videret diem meum* (tot post faculis futurum) *vidit, & gauisus est.* Plane aduertatur. Secundo: quia nisi res vel duratio futura secundum totum, quod depraesenti habebit, quando actu, & depraesenti sit, cognoscatur, antequam actu, & depraesenti sit, nec Deus reuelare, neque homines propheterare, ac praedicere futura potuissent contra aperta lexcenta scripturae testimonia. Cum enim siue rei, siue durationis futuritio, praeter eius negationem in duratione, pro qua futura res, vel duratio est, dicat eius actualem existentiam absolutam pro duratione, in qua actu, & depraesenti erit, eoque modo, quo tunc erit, nisi ea absolute existentia, eius, quae actu, & depraesenti tunc erit, ante acta duratione cum omnibus, quae claudit cognoscatur à Deo, & ab homine, res, vel duratio futura cognosci, ac iudicari non poterit: ac proinde neque à Deo reuelari, neque ab homine poterit propheterari. Ster ergo actualem existentiam absolutam rei, vel durationis antequam depraesenti, & actu sit cum omnibus, quae ex parte obiecti importat posse cognosci, & iudicari.

5. Ut autem argumento, & confirmationibus, quibus oppositum Recentiores contendebant satisfiat, obseruandum aliud certissimum etiam est. Nempe in omni iudicio siue interno, siue externo verbum, siue copulam debere necessario intercedere, quae praeter identitatem praedicari, & subiecti concernat, durationem, in qua & iudicans iudicat, & iudicium profertur, iudicio, & iudicanti proportionatam, & propriam. Vnde quia duratio nobis iudicantibus, nostrisque iudiciis propria, & proportionata successiua, diuersisque sibi succedentibus constat, verba, quibus necessarìo iudicamus per varia tempora praesentis, praeteriti, & futuri coniunguntur: quoniam vero duratio iudicanti Deo, eiusque iudicio proportionata, & propria indiuisibilis, totaque simul aeternitas est, quae totum explet, imò & circumdat tempus, sit, ut copula est, seu verbum quoduis diuini iudicii eius aeternitatem solam necessarìo concernat: quae cum omne tempus, & ultra, in se indiuisibiliter claudit, nusquam variatur duratio iudicii diuini. Deique per illud iudicantis, quam copula, seu verbum, quo iudicat concernit id nobis. Regius Psaltes voluit insinuare verbis illis, quae nostro sciendi modo, & idiomate grammaticali non bonam concordantiam, sed discordantiam grammaticam, & solecismum sonant Psal. 2. ubi de suo Filio aeterno Pater aiebat. *Ego hodie genui te.* Cum *hodie* praesens dicat, & *genui* praeteritum; si tamen duratio importata per diuini iudicii copulam, quae indiuisibiliter physice, ac metaphysice omne continet, ambitque tempus, nempe Dei aeternitas attendatur diuinae grammaticae concordantia deprehendatur sublimis. Hinc pater Deum, de omni quidem tempore, non tamen cum aliquo tempore, ut nos, iudicare; sed cum aeternitate sua, quam solam iudicii diuini copula concernit.

6. Ex quo rursus patet discrimen aliud inter veritates obiectiuas iudicii nostri de futuritione, & depraesentia obiecti huius propositionibus: *res, vel duratio erit: & res, vel duratio est nunc depraesenti.* & inter iudicium diuinum de illis obiectis; Ex quo discrimine prona est tam proposita, quam statim proponenda difficultatis expeditio. Cum enim iudicii nostri verbum, seu copula tempus, & durationem iudicii ipsius, & nostri iudicantium concernat, neque non ex diuersitate temporis, in quo à nobis habetur interius, vel exterius iudicium, obiectum, atque iudicium ipsum variari; ac proinde de re, aut duratione, quae nondum depraesenti aduenit iudicium depraesenti ferri, ac enuntiare vere minime posse, sed solum de futuro. v. g. *Antichristus est;* sed solum *Antichristus erit:* quia respectu temporis importat per copulam iudicii, quod nunc habemus, verbiique exterius significamus Antichristus vere non est depraesenti, ut copula importat, sed erit, ut iudicii secundi copula importatur. At vero cum duratio importata per diuini iudicii copulam Dei aeternitas sit, quae omne tempus indiuisibiliter implet, explet, ac circumdat, cuiusque proinde respectu nihil potest esse, praeteritum, aut futurum, cum eodem toti indiuisibili

aeternitati Dei omnia, sua vnumquodque duratione, coexistant, sit plane, ut ex parte durationis importatae per diuini iudicii copulam nulla eorum iudiciorum diuersitas sit: cum sit eadem physice, & metaphysice infectibilis diuinae aeternitatis duratio, sed tota varietas ex parte subiecti, & praedicati extrinsecae Deo durationis, est ipsi intrinsecae se habeat, nulla ad eiusmodi variationem habitata ratione durationis per copulam iudicii diuini importatam, quae eadem est: quia licet de tempore omni, non tamen cum tempore, ut diximus, iudicatur, sed necessarìo cum sua iudicatur aeternitate.

7. Hinc claret ad argumentum, & confirmationes solutio. Etenim diuersa licet veritas sit rei, vel durationis futuritio ab eius actuali praesentia pro sua duratione, quia praeter hanc eius negationem tempore antecedenti exerceat, atque item nostro iudicandi modo tam interius, quam exterius, tempus, quo iudicium habetur ea propositione concernitur: quare non solum diuersae veritates obiectiuae sunt, sed quae à nobis nequeant simul eodemque tempore de futuro, ac depraesenti vere iudicari cum respectu temporis eiusdem nihil praesens, & futurum esse queat; imò neque quod postea succedet ante acto tempore esse, licet actualis existentia, & praesentia pro sua duratione futuri cuiusvis necessarìo iudicanda sit, ut dixi n. 4. ut fore iudicetur; sed tamen respectu Dei, licet diuersae etiam veritates sint rei futuritio, & praesentia, cum hanc differentiam non habeant respectu aeternitatis diuinae, cum qua ab ipso iudicatur, & quae iudicio suo necessarìo concernitur, sed respectu durationis Deo extrinsecae, siue realis futurae, aut praeteritae, ac praesentis, siue possibilis solum, aut imaginariae, cum qua Deus non iudicat, quamque eius iudicium non concernit. Vtrumque iudicium de rei futuritione per extrinsecae Deo duratione respectu cuius est figura, & de eius actuali existentia depraesenti, & ab aeterno, & in aeternum verum esse simul potest: quia vere pro illa extrinsecae Deo duratione, res vel duratio successura erit, atque pro alia vere depraesenti est: imò ideo vere ante acto tempore erit: quia alia sequenti duratione verum erit, quod actu depraesenti est. Quare cum de eis extrinsecis temporibus, ut obiectis ex parte exterimorum iudicii, non autem cum eis, iudicatur, sed cum eadem indiuisibili suae aeternitatis duratione, vere tota illa sua aeternitate iudicatur: quia nulla est durationis importatae per sui iudicii copulam variatio, ut veritas obiectiuam vtriusque propositionis per illam varietur, sed sola extrinsecae durationis variatio, quam simul cognoscit, ac penetrat, ut vere, ac certo iudicare possit respectu vnius esse praesentem respectu alterius futuram respectu alterius praeteritam.

8. Inde constat ex tempore nostro, cum quo Dei iudicia comparamus, siue de actuali praesentia rei, siue de eius futuritione sint, nullam oriri obiectiuam iudicii cuiusvis ex illis diuersitatem; licet ex imperfecto nostro modo iudicandi cum tempore diuersitas apprehendatur. Quod autem dicebatur Deum, si aeternè iudicat rei actualem praesentiam posse aeternè, vel ante actualem rei praesentiam eam nobis reuelare propositione depraesenti saltem omnino est: cum enim reuelatio nobis nostro idiomate fieri necessarìo debeat, in quo propositio tempus nostrum concernit, depraesenti, respectu cuius res est vere futura, atque, ut talis à Deo cognoscitur, non autem respectu eius, ut praesens, saltem necessarìo, atque aliud, quod non iudicabat, reuelare: Confirmatio ex triplici statu, verum, possibilis futuritionis conditionatae, & absolute quae diuersas rei obiectiuas veritates constituunt, solum in proprio cuiusque signo esse cognoscibiles; non autem extremam in prioribus, aut secundam in primo, paritatem non habet ad rei futuritionem, & praesentiam actualem pro sua duratione, quae in ipsa futuritione absoluta continetur. Neque enim signa illa statim alterum includit, aut concernit, sed aliud alio prius prioritate maioris vniuersalitatatis est: ac proinde diuersas in Deo scientias constituunt, per omnes Theologos; cum tamen futuritio, & actualis rei praesentiam vnicam visionis scientiam constituat per eisdem. Confirmatio secunda ex gaudio, quod, neque in Deo, nisi de actuali praesentia, & possessione boni possibilis dicebatur ex dictis nullus est possessio: cum falso omnino nitatur exemplo, & principio adhuc

adhuc de nostro gaudio loquendo, ut ostendimus cert. 2. & , quamvis de eo verum esset, non tamen de Dei gaudio verum foret; cuius iudicium, ut diximus, æternitatem concernit necessitatio, extra quam futurum bonum non est, sed intra illam pro sua tamen duratione.

9. A posteriori tandem, & absurdo vrgentius Dei, quoad scientiam, immutabilitatem, huiusque in variationem impeti æstimant Recentiores idem, quia, si Deus cum res depraesenti adesset, nihil denuo cognoscit, quod ab æterno non nouerat, nesciet quidem quo die viuit. Ponamus enim tres dies, feriam primam, feriam secundam, & feriam tertiam: si idem omnino in horum singulis, & omnibus, quoad existentiam actualem, & depraesenti singulorum, & omnium, fuitque cum illis coexistentiam actualem, depraesentique iudicat Deus: ergo cum aduenit feria secunda, vel tertia nihil aliud altere cognoscit, ac iudicat Deus de alterius existentia actuali depraesenti, suaque coexistentia actuali cum alterutra: atqui feria prima ante aduentum secundæ non sciebat, nec iudicabat feriam secundam actu, & depraesenti esse, sed fore, seque illi coexistiturum, non autem illi depraesenti coexistere actu: feriaque secunda elapsa, atque accessu tertiæ, coexistisse secundæ, non autem depraesenti feriam secundam existeret, aut se illi coexistere: ergo neque accedente feria secunda scit, aut iudicetam depraesenti, & actu existeret, seque illi actu, & depraesenti coexistere.

10. Argumentum hoc ex æquiuocatione orta ex nostro imperfecto modo cognoscendi, & iudicandi de rebus, ac duratione, seu tempore ipso, ad Deique scientiam, & iudicium, quod cum tempore non est (ut dixi) sed cum sua æternitate orum habet, illud enim est actu, & tunc depraesenti, erit vel fuit, respectu temporis nostri cum quo iudicamus, est, atque respectu illorum cognoscit ab æterno Deus esse fore, vel fuisse, non autem respectu suæ intrinsicæ æternitatis, quæ est duratio vnica, cum qua iudicat: sicque ab æterno, & in æterno cognoscit feriam secundam in sua duratione Deo extrinseca, in se depraesenti, & actu existeret, seque illi pro ea coexistere: vnde, licet nihil denuo cognoscit, ac iudicat, cum ille dies accedit, scit quo die dios cum illo viuit, & regnat. Ad formam. Cum dicitur: nunc depraesenti feria secunda actu est, aut ego coexistit: si illud nunc, & duratio, quam iudicium illud diuinum concernere significatur sit feria ipsa secunda est propositio de subiecto non supponente: ac proinde de qua negandum est suppositum, si autem concernatur, ut verè solum concerni debet, nunc æternitatis, cum quo solum iudicat Deus, euanescit argumentum.



QVÆSTIO IV.

De immensitate Dei.

DVÆ sub hoc titulo æquiuocantur à multis quæstiones; existimantes Dei immensitatem idem prorsus, quod eius vbiquitatem esse: cum tamen vbiquitas seu Dei entitativa in rebus presentia per essentiam, licet ex immensitate oriatur, atque in ea fundetur, diuersum quid ab ea esse, vel inde demonstratur, quod in ea fundetur. Primum ergo, quod presentia de Dei immensitate; in sequenti vero de eius vbiquitate agemus.

CERTAMEN I.

Catholica Dei immensitas contra errores, dogmaticè statuitur.

1. **D**Ei immensitatem ij omnes negant, qui negant eius vbiquitatem. Cum enim hæc ex illa per necessariam, legitimamque consequentiam inferatur ex huius, quæ consequens est, negatione ad illius, quæ est antecedens negationem consequentiam currere necesse est: Cum celebre Dialecticæ axioma, & principium sit ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis consequentiam ineuitabiliter tenere. Eos qui vbiquitatem Dei negant, qu. 5. certam. 1. recensetibus. In terminis autem ipsis nemo hactenus, quem viderim, Dei immensitatem negauit, sed solum, ut dixi eius negando intinam, atque penitissimam penetratiue, ut sic loquar, in rebus omnibus substantialem presentiam, & vbiquitatem: seque præter præfatos neminem pro errore negantem Deo immensitatis attributum commemoro.

2. Veritas autem catholica est Deum immensum esse, definita expressè cap. Firmiter de summa Trinit. Item in Symbolo Athanasij: *Immensus Pater: immensus Filius: Immensus Spiritus sanctus*: quibus etiam immensitatis prædicatum ex communibus Trinitati, atque Deitatis, vbivis personarum, indiuiduum comes ostenditur. Est etiam in scriptura expressum. Baruch. 3. *immensus est, & non habet finem Ad Ephel. 3. Vi possitis comprehendere cum omnibus sanctis: quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum, Dei ipsius intrinsecus: neque enim comparat cum mensura, & coarptatione Dei actuali ad extrinseca loca, quæ vbiquitas Dei est, sed intinam Dei ipsius dimensionem interminabilem, quæ immensitas est, corporeorum ad instar describit. Quare Ambrosius eum locum in commentario suo de immensitate Dei exposuit. Idem ipsum continetur verbis illis. Et magnitudinis eius non est finis. Psalm. 144. quæ, licet infinitatem Dei per essentiam tradant, & hanc etiam immensitatem eius apprimè nos docent. Denique, quæcumque substantialem Dei vbiquitatem, & presentiam in rebus omnibus, imo, super effusionem, continent, hanc nobis diuinæ immensitatis veritatem ostendunt. Job 11. *excelsior caelo est: & quid facies? profundior inferno: & vnde cognoscet? longior terra mensura eius: & latior mari. Et 2. Paralip. 6. Si caelum, & caeli calorum non te capiunt, quanto magis domus ista non te capiet. Ecclesia demum de B. Deipara, quotidie canit: Quem caeli capere non poterant, &c. Atque ad Ephel. 4. Qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Presentia enim substantialis, quæ omnia futura absolute, & possibilia excedit, immensitas sanè est.**

3. Accedit Patrum omnium consensus, qui, licet eam immensitatis voce non tradant, immensitatem tamen per Dei in omnibus substantialem vbiquitatem, imò vltra, extra, supra, infra, ac circum omnia presentiam, tradunt. At sine eo respectu ad locum extrinsecum, siue reale creatum, siue imaginarium spatium ipsam intinam Dei immensitatem nobis luculenter exposuit Amobius aduersus gentes apofitissima loci, in quo omnia continentur similitudine. *Præna enim (inquit) tu causa es, locus verum, ac spatium, fundamentum cunctorum, quæcumque sunt. Ea enim similitudine loci alia continentis apertissime declaratur Dei immensitas, quæ cunctis spatiis in seipsa amplior dilatioreque est: quæmadmodum spatium, & locus, quo aliquid continetur, maior ipso necessitatio esse debet. Neque ab simile Dionys. 1. de diuin. nomi. *Deum custodiam, & domicilium omnia conseruans, & continens appellat. Et cap. 9. Magnus appellatur Dominus secundum sibi propriam magnitudinem: omni magnitudini extrinsecus superfunditur, & supra expanditur, omnem complectens locum, &c. cap. 10. Sedem, & fundum, in quo omnia firmantur, & recumbunt esse Deum ait. Denique excessum hunc, & super effusionem supra omnia quæ non tam vbiquitas, quam immensitas est, quæ cuncta, quasi localiter continentur docere Athenagor**

ORTEGA
In A. pari
D. Via

Legat. pro Christian. Magn. Gregor. 2. moral. cap. 7. & 12. Iudor. 1. de sum. bono cap. 2. Hilar. 1. de Trinit.

4. Sed verbis immensitatis voci affinitibus pro eadem veritate Athanas. rescripto ad Liberium. *Deum esse incomprehensibilem loco* aiebat Gregor. Magn. homil. 8 in Ezechiel. *inscriptus est, & ubique totus.* Basil. hom. in principium Euang. Ioan. *Deum non contineri loco, neque in circumscripto aliquo, aut in circumscriptio- ne certa deprehendi.* Theodor. 2. de proud. *Omnia item complectitur, ipse à nullo circumscriptus.* Damasc. 1. de Fide cap. 16. *Deum esse incircumscriptum, & non esse in loco, sed ipsum sibi esse locum.* Hanc extremam phrasim ad rem præsentem elegantissimam didicit ex Terul. contra Prax. cap. 5. aiente. *Ante omnia erat Deus solus ipse sibi, & mundus, & locus;* vel fortassis utræque ex vetustiore longe Minutio Felice in suo Octauio ubi ita scripsit. *Palam est parentem omnium Deum, nec principium habere, nec terminum, qui ante mundum fuerit sibi ipse præ mundo.* Etenim ea phrasi, & sententia, quæ sibi locus, mundusque Deus sit, adeo illum magnum esse significatur, ut solus ipse suam magnitudinem æquet: ac proinde solus ipse sui mensura esse possit: quod ipsum est immensum esse Deum; sed ea voce traditum ab Eucher. video de spiritalib. form. cap. 1. *Deus ubique totus, & immensus.*

CERTAMEN II.

Eadem Dei Immensitas ratione monstratur. Atque diuersum ab infinitate Attributum esse ostenditur.

1. **V**T autem immensitatis Dei prædicatum à ratione probetur, atque an Dei proprium, atque ab infinitate diuina diuersum Attributum sit, examinatur, oportebit eius conceptum explicare, etenim S. Bonauent. in 1. d. 43. art. 1. q. 2. (ubi etiam Albertus art. 2.) immensitatem Dei ab infinitatis Attributo metaphysicè adhuc indistinctam, idemque formaliter cum illa esse existimant: verum, si immensitatis diuinæ conceptus rectè intelligatur ac penetretur, constabit facile diuersum prædicatum ab infinitate diuina esse: quare, cum Attributum diuinum etiam sit, ut videbitur statim, diuersum ab infinitate attributum esse. Etenim Dei infinitas per essentiam physicam, quo solum pacto attributum Dei esse ostendimus, qu. 1. cert. vlt. n. vlt. statim complexu physico omnis entis, & prædicati possibilis, quod imperfectionem non dicat, in quo fundetur nostro concipiendi modo negatio maioritatis essentia, atque entitatis physice possibilis, qua à nobis eiusmodi infinitas Dei per essentiam explicatur; licet reuera ipsa positua physica Dei essentia sit ea, quæ à nobis ut negatio concipitur. Cum enim essentia seu entis physici maioritas respectu diuinæ essentia physice, sit impossibilis, ac proinde negatio necessaria e conceptu, & essentia sua, quod illi contradicit, in Deo posituum esse debet; nempe essentia ipsa posita Dei, sicut de contradictorio secundi Dei, qui est impossibilis, dicemus ipsum verum, & posituum Deum nostrum esse inferius d. 5. de Dei vnitatis disputantes, ac d. 7. de Omnipotentia, quo etiam modo de infinitate Dei per essentiam metaphysicam philosophamur.

2. Ex hoc vero infinitatis Dei attributalis per essentiam conceptu fuis explicato, & statuto qu. 1. atque iam subiicienda immensitatis diuinæ explicatione, aperte constabit hanc metaphysicè, & formaliter, ex parte etiam obiecti, prædicatum & attributum Dei diuersum ab eius infinitate attributali esse. Est igitur Dei immensitas, capacitas & aptitudo diuinæ essentia, ut omnino immutata in se, ac sine præsentia alicuius aduentu, quidquid spatij, & corporeæ magnitudinis, rerum denique omnium possibile sit, etiam infinita ex impossibilibus, per impossibile ad possibilia transirent: substantiali, atque inuariabili sua præsentia indiuisibili physice, atque ut de omnibus Dei prædicatis generatim ostendimus d. 2.

qu. vlt. metaphysicè etiam, quatenus ex se est, incimè penetrare, replereque possit. Hunc autem conceptum à continentia, & complexu omnis entis essentia, ac prædicati possibilis, quæ imperfectionem non deuiuat, diuersum metaphysicè, & obiectiue, ac proinde ab infinitate Dei per essentiam suam esse, quis dubitet? Confirmatur: quia infinitas Dei per essentiam est formalissimè fundamentum negationis entitatis, seu essentia maioris, quam Deitas ipsa: qua negatione nostro concipiendi modo eiusmodi posituum fundamentum, seu infinitatem per essentiam apprime explicamus; immensitas autem Dei est fundamentum negationis loci, ut sic loquar, seu præsentia maioris, quam Deitas ipsa, per quam id posituum fundamentum, seu Deitatis immensitatem optimè declaramus: hæc autem positiua fundamenta, & negationes, per quas illa explicamus, diuersa plane sunt, atque ad diuersa tendunt connotata: ergo & sunt formaliter obiectiue, atque metaphysicè diuersa.

3. A priori probatur hæc immensitas diuina, quia est prædicatum nullam dicens imperfectionem, posituum, & perfectum metaphysicè saltem adiectiue & physice loquendo perfectio (in modo abstraham ab ea questione, an metaphysicè quodvis attributum diuinum sit bonitas, & perfectio: siue an hæc diuina omnia prædicata metaphysicè permeent, & transcedant: de quo d. 6.) ergo Deo est concedenda. Antecedens probatur: quia rebus omnibus posse alicubi præsentari perfectio est, etiam si sit per commensurationem, ut corporibus, atque spiritalibus sine commensuratione, sed ita ut tota in omni, & tota in quouis spatij parte: & quo perfectiores sunt in maiori spatio, licet per præsentiam diuisibilem: ac proinde sine commensuratione, ac eadem indiuisibili præsentia, seu præsentia substantiali omni spatio possibili præsentari posse, summa erit in eo genere, dignaque Deo perfectio. Probari etiam à priori solet ex infinita Dei potentia, qua infinitos effectus operari vbis potest: cum vbis necessitè à Deo pendere debeant. Sed ex hoc solum, non ita sumitur probatur, cum coniunctio, & penetratio, præsertim localis, agentis cum effectu non ita necessaria probetur, ut difficultates, quas dedimus in physicis controuersis de conditionibus necessariis inter agens, & passum non patiar: Si autem adiungatur aliud poterit solidius ex Dei omnipotentia eius immensitas probari. Licet enim localis coniunctio, ac penetratio agentis cum passu non requiratur, quare nec præsentia, seu capacitas ad illam, ut possit agens operari effectus; aut saltem alicubi esse necessarium ad operationem est; quod enim nullibi est, nullibi operatur, ac proinde, quod nullibi esse potest nunquam poterit operari. Sed Deus potest omnia possibiliter operari: ergo & esse saltem alicubi. Inde verò efficaciter in eorum vbis loci, & rerum possibilium esse de se posse, atque adeo immensum esse: quia quidquid in quouis ordine, & respectu ad quodvis genus rerum Deo conuenit infinitum, in illo ordine esse debet: non esset autem talis potentia ad essendum loco, siue præsentia Dei substantialis, nisi ad omnia possibiliter potentia, & præsentia esset.

4. A posteriori probari solet Primò: quia si non esset Deus immensus, posset aliquid maius præsentialiter cogitari, imò & esse: scilicet vndeque ac circumquaque potentius, & expansius. Secundo posset aliquid esse extra Deum, non secus, ac si mundus animatus esset, & aliquid extra mundum esse posse statueretur, (ut verè potest,) posset aliquid extra mundi animam esse, quin ea foueretur. Tertiò, si non esset Deus immensus, commentus alicui esse deberet, toti mundo si velis: sed quam angusta Dei mensura, hæc est, quem cæli capere non possunt, cum totum mundum conueat. Inde quartò inferitur moueri loco posse Deum, atque ambulare, nouumque ubi acquirere pristino relicto, quæ omnia absurdissima sunt. Sed certè hæc omnia supponunt Deum alicubi esse posse sine imperfectione. Si enim nullibi esse posset, nihil eorum absurdorum inferretur. Quod autem alicubi esse posse imperfectionem dicat Deo, indignumque sit, inde suaderi posse videtur: quia posse alicubi esse, vel etiam vbique, nequit esse in Deo actus intrinsecus, sed sola potentialitas, ut præsentetur: at nihil in Deo per modum potentialitatis esse intrinsecè potest, nisi respectu actus ipsi Deo extrinseci: ergo vel vbique, seu præsentia, qua Deus iustimè

ex parte sua potest presentari est Deo accidens adueniens, contra eius immutabilitatem, vel non est in eo eiusmodi potentia, ut presentetur ubique. Non potest autem immutabilitatem esse actualem presentiam in rebus, sed solum potentiam ad illam. Patet primo: quia actualis hæc presentia Dei in rebus eius ubiquitas est, quam ab immutabilitate diuersim formaliter, & metaphysice saltem, esse docuimus. Secundo: quia ubiquitas, seu presentia intima Dei in rebus hæc necessario, earumque presentiam involuit.

5. Plura in argumento assumuntur non admodum certa, ut videbimus controuersæ de Scientia, ubi ostendimus in Deo non solum respectu actus, seu effectus extrinseci, sed intrinseci etiam veræ potestatis communis conceptum esse posse. Sed huius repugnantia, quoad præsens, admittit. Respondet immutabilitatem esse actualem Dei presentiam substantiæ lem, quatenus ex se est, ubique. Torum enim spatium possibile, quatenus ex se est, coæquat, imò excedit substantiæ sua indiuisibili, & intima presentia, omnique spatio imaginario respondet, ut qu. videbimus: licet, ut realis in loco, & rebus omnibus ubiquitas eius sit, & loca, & res esse debeat in rebus. Est enim ubiquitas, seu presentia in loco, & rebus aliquid ex veritate, Dei minimum presentia intrinseca, & rebus earumque presentis, & locis, constant. Deus ergo quidem presentia realis ex parte sua in id committit, quod ubiquitas est, apponit, cum res, & loca sunt, ab æterno, & rebus, & locis omnino independentem habet. Sicuti ad existentiæ coexistentiam Dei cum rebus, res, earumque existentia requiritur: ita, ut sine hac esse non possit. Atque quod Deus de suo ad eam coexistentiam conferat, ab æterno, atque omnino independentem ab illis habuit, habetque semper: nimirum suum actuale esse, & existentiam diuinam.

6. Dices tandem Immutabilitatem ita explicatam, & probatam Attributum, seu prædicatum proprium Dei non esse. Etenim si res spirituales, quò perfectiores sunt, eo maioris capacitatis, & potentia sunt ad presentiam ampliorē, & ubi extensius, & expansius: ergo adeo perfecta esse poterit, ut natura sua præ se totum mundi spatium replere, ac proinde, & esse ubique: ergo & creatura immensa esse poterit: atque adeo Immutabilitatem non est speciale prædicatum, seu Attributum Dei. Consequenter vitia probatur: quia Immutabilitatem solum consequitur ubiquitas, ut diximus; huiusque ostendimus, qu. 5. atque eam potentiam rei illius spiritualis existentiæ localiter, & presentia localiter consequeretur ubiquitas: ergo ea esset immutabilitas.

7. Consequenter omnes istæ ad viciniam admittit, quam multis de causis nego. Primo enim Immutabilitas non est potentia ad essendum presentialem solum in toto mundo, qui de facto est, sed in omnibus mundis possibilibus. Secundo est actualis presentialem, seu presentia Dei ex parte sua eis omnibus coexistenti presentialem, quæ ad hanc coexistentiam presentiam aliam propriam, atque entitatis suæ accidentarie aduenientem, ac super additam requirit, sed solum extinsecam sibi rerum, quibus ita coexistit presentiam. Tertio Immutabilitas, seu presentialem hæc Dei indiuisibilis est physice, & ut dixi, etiam metaphysice: quæque, non solum totus Deus, sed tota etiam substantialem Dei presentialem, & tota, & cuius spatium parti localiter coexistit. Nihil autem horum in potentia illa rei spiritualis admittit ad coexistentiam toti mundo. Non enim statim in aliqua possibilis ad occupandum totum spatium possibile rerum omnium possibilium potentia admittenda est. Sed hecque actualis presentia substantialem rei illi identicata ad illud limitatum spatium mundi, sed solum potentia ad accidentalem presentiam eius substantialem aduenientem. Neque eadem indiuisibilis presentia, qua toti mundo, & singulis eius partibus presentialem coexistit. Id enim solum diuina, atque est suo conceptu infinita presentia substantialem Dei proprium est.



Q. V. A. E. S. T. I. O. V.

De Ubiquitate Dei.

REPETITUR Deus in rebus omnibus esse secundum Patres, & fidem ab vniuersa Theologia dicitur, atque explicatur communiter cum Magistro in 1. d. 37. & cum S. Thom. 1. part. quæst. 8. art. 3. ex doctrina Gregorii homil. 8. in Ezechiel. scilicet per presentiam, quæ communiter de Dei scientia intuenti intelligitur, quæ omnia quacunque temporis differentia absolute existentia, sibi que pro illa presentia Deus intuetur licet enim presentia hæc propria ubi eorum sit, tamen, qui ea videt, presentis eis dicitur esse: licet non in eodem loco presentialem simul cum eis sit, sed loco ab eis longe distans: quare hic modus, quem Gregorius expressit illis verbis: Deus ubique presentis est: ad controuersiam de scientia Dei spectat, non ad presentiam institutum. Secundus modus essendi Deum in rebus omnibus est per potentiam. Expressus item a Gregorio his verbis. Omnia tangit, & visitat, & ne hic quidem presentis mittitur est, sed controuersiam de omnipotentia, prouidentia, & monarchica gubernatione Dei, quibus cuncta producit, conseruat, prouidet, & gubernat. Tertius modus presentis quæstionis proprius essendi ubique Deum in rebus omnibus est per essentiam. Expressus item a Gregorio verbis hinc, in eorum scriptis est, & ubi tenet. Nempe per essentialem suam per omnia creata per uasationem, atque indistantiam localem, & quasi cum ipsis penetrationem.

CERTAMEN I.

Erroribus contra Ubiquitatem Dei relativi ea dogmaticè stabilium.

1. Contra postremum hunc modum essendi in rebus omnibus, & singulis ubique presentialem per entitatem suam totum Deum errant, primo, qui Deum corporea mole constantem docere, ut Anthropomorphitarum contra quos d. 5. ut enim sapienter Nazian. Orat. 34. 2. de Theolog. ex eo, quod ubique natura sua totus Deus sit, euidenter infertur illam corporeum non esse. Ratio est in promptu: quia, cum corporis presentia naturalis sit, ut pars corporis parti spatii, atque spatii alteri pars alia corporis respondeat, implicat natura sua corpus ubique totum esse. Sed ex his etiam, qui Deum spirituum esse rectè iudicant, Deum ubique entitate, & presentia locali sua esse negant: & antiquorum Philosophorum Aristoteles pars vna in mundi centro posuit Deum, pars vero altera in circumferentia, ut ipse refert. 8. Physicor. cap. 12. cum adfuerit ibi Aristoteles (de quibus que eius nomine illum) entialem lib. de mundo ad Alexandrum & 1. de celo cap. 9. circa finem. Deum in celo, ac non alibi esse docuit, sicut Eberhardus Peffarum Rex ac hinc inter, ac non extra celum intelligentias esse iudicauit, eadem sententia adheret 1. de celo cap. 3. text. 22. & lib. 2. cap. 12. text. 86. 2. degenerat. cap. 10. text. 49. Vnde apparet merito pro hac opinione tenenti Aristotelem a Iustino Mart. Paten. ad gentes: ubi à Platone in sphaera ignea collocaui Deum ait. Illi etiam sententialem subseripere Aegyptij apud Eusebium 3. de præparat. & commentato. d. 12. contra Algacel. dub. 4. præcilem de ubiquitate Dei opinionem vocat. Ad errorem adhaerere Manichæi apud Augustinum lib. contra Epist. fundamenti cap. 16. Accessit & Augustinus Eugubinus in 1. d. Palm. 138. Si ascendero in celum in illis, vir alias plene catholicus, Deum extra celum sola virtute, cognitione, & prouidentia, non autem substantialem essentia, & entitatis suæ presentialem esse docens. Quem errorem non sine Catholicorum iritione amplexus est Nouator Vostius pag. 235.

ORTEGA
In d. pati
D. V. la

237. 240. & 241. apud Becan. cap. 6. num. 1. & 2. quin imò ita in celo esse docet toto pag. illa 241. Vt tamen secundum totam suam substantiam in quavis eius parte esse neget, sed nomen figuratiue solum. Nec mirum cum corporeum etiam esse Deum effat, vt videbimus d. 5.

2. Catholica autem veritas de totius substantia Dei vbiuitate in singulis, & omnibus mundi rebus adeo est perspicua, vt in eam Philosophi insignes ferè omnes rationis solius ductu incidierint. Thales Miles. apud Aristotelem de Mundo ad Alex. & 1. de anima cap. vlt. text. 86. Omnia Deorum plena esse dixit; atque Heraclitus apud eundem 1. de partib. animal. cap. vlt. in visuris, ac furnaxium, eius habitaculum fastidientibus ita est fatus: *Ingre- dimini: quia nec huic loco Dij desunt immortales. Quin Peripatetici omnes à suo ea in re Præceptore Aristotele deficientes, atque Platonici omnes teste Cicerone qu. 1. ex Academic. pro Dei vbiuitate sterere. Orpheus item apud Clementem Alex. 5. Strom. prope fin. & apud Cy- rill. Dei vbiuitatem ita explicuit, sicuti Scriptura sepe, ac speciatim Isa. 66. *Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum, qua sanè metaphora, & scriptura, & sapientissimus Philolophus iuxta acutam Lessij Nostrî meditationem Deum non totum solum vniuersum substan- tiali sua præsentia, & vbiuitate replere, sed ita circum- quaque excedere, ac cingere, vt quantum sedens Thro- num, sedemque cui insidet excedit (nimirum dimidio sui corporis, & toto amplius pectore) ita Dei substantialis præsentia plusquam dimidia sui parte celo (quod omnium locus, & quasi capsa est) quoquo versum emineat. Ex quibus constat, quo iure Athanas. ait orat. contra Idola sub medium famam, quod Deus vbiue sit, apud omnes obtinuisse illis verbis, *Notum est omnibus Deum vbiue esse.***

3. Scriptura præterea, quæ pro attributo immensita- tis dedimus, cæque quæ cert. 2. pro Dei extra, supra, & infra, & circum res omnes præsentia substantiali dabi- mus: plura extant vbiuitatis Dei apertissima testimonia Psal. 138. *Si ascendero in cælum, tu illic es; si descen- dero in infernum, ades: si sumpero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Ioh. 2. Deus in celo sursum, & in terra deorsum. Ierem. 23. Cælum, & Terram ego impleo. Ioh. 14. Samaritanæ roganti oratio- nis locum ait Christus. *Deum spiritum esse, & in spiritu, & veritate adorari debere.* Scilicet non aliquo determi- nato loco, quia vbiue Deus est, quibus adde locum Isaï. 66. atque Actor. 17. *Non longe est ab vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus, & Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et quæ dedimus questio. 4. cert. 1. n. 2. pro Dei immensitate, dabi mus- que cert. 3. Sed dices recitatis locis proximè, solum de præsentia Dei in omnibus per intuitionem, & scientiam omnium agi: vt patet ex immediato contextu anteceden- ti Psal. Ieremiæ, & Sapientie. Atque in loco Actorum, potius de præsentia Dei per potentiam, operationem, & gubernationem, seu prouidentiam agitur. Ceterum, licet hæc in hoc loco etiam contineantur illud *sumus* Dei vbi- uitate, seu potius rerum omnium in præsentia substantiali Dei quasi localem continentiam significat; In aliis vero Dei vbiuitatem contineri, & verba ipsa, & Patrum consensus certo probant. Imò inde alia Dei in rebus præsentia per earum intuitionem, & accommodatissi- me ab Spiritu S. ad captum nostrum, atque euidentissimè probatur. Cum enim nemo sit tam hebes, qui coniuncta sibi, atque indistantia localiter non videat vbiuitatis suæ ritulo, (vt ei summa perspicacæ abesse,) non possit non Deum omnia intreri.**

4. Patrum pro hæc veritate testimonia, præter plura data qu. 4. cert. 1. num. 3. & 4. & huius questionis præfatione, dandaque hic cert. 3. innumera possent recitari. Libabitur nonnulla. Dionys. de diuin. nom. cap. 5. *quæ sunt omnia & ante habet, & subsistere facit, omnium, & vbiue præsens.* Athanas. recitat ex lib. ad Liberium adiungit. *Neque vsquam est regio vbi non existat.* Basil. orat. in princ. Euangelij Iohannis. *Totum quodcumque no- uerit, & quocumque spiritu tuo penetrauerit Deo plenum est.* Eadem sunt apud Nyssen. orat. in faciamus hominem. Chrysost. homil. 17. in Genes. *Non ambulat Deus, absit: quomodo enim ambularet, qui vbiue præsens est, & omnia*

implet. Cyrill. in Ioan. cap. 9. & 1. Theol. cap. 7. *Deum replere, & penetrare omnia docet.* Hilari. 1. de Trinit. *Nullus sine Deo, neque nullus non in Deo locus est.* Aclib. 2. *Deus vbiue est.* Cyprian. de Idolol. vanit. post alia ad rem hanc. *Ergo, inquit, Deus vnus est, & vbiue totus diffusus.* Augustin. 5. de Trinit. cap. 1. *Intelligamus vbi- que Deum sine fine præsentem.* Idem docet 7. de Ciuit. cap. 30. conlonat Origen. hom. 12. in Genes. & lib. 1. in Ioann. Anasl. Synaica 2. de Rect. Fid. Dogmatib. *Essentia cum sit quæ sunt omnia, diuina sua adimplet essentia, estque in omnibus quæ sunt.*

CERTAMEN II.

Non solum in rebus, & spatiis omni- bus, quæ sunt, sed ultra infini- tate porrigitur, atque adest substantialiter Deus.

1. Antequam in rebus omnibus, & spatiis, quæ sunt, Deum esse à ratione monitum, ultra ea omnia sua illam immensitate expandi, atque substantiali præsentia adesse ostendendum dogmaticè etiam est. Tum, quia & hoc etiam rationes pro vbiuitate substantiali Dei asserendæ probantur. Tum etiam, quia cum totus mundi rebus omnibus præsentialiter adesse ostendimus, eum tamen toto hoc spatio nullatenus localiter contine- ri statui oportebit, ne quis contra hoc etiam Patrum, & scripturæ dogma possit offendere, traditum autem id est ab Arist. 1. de celo cap. 9. ab Stoicis apud Tertul. c. 40. aduersus gent. asserentibus Deum extra cælum esse, vbi sparium solum imaginarij modo est. Ex Scholasticis à Maiore in t. d. 37. qu. 1. Caietano ad id. *Ego lux ueni in mundum.* Ioan. 1. 2. Idem refert de Platonici Marfilij Phyl. 2. de immortali. animæ cap. 6. ac de aliis Philosophis Euseb. 4. de peren. Philosoph. cap. 1. & 2. ex Theologis citantur etiam (non adeo aperta, ac certa Eide) S. Thom. Durand. Gabr. Hugo Victorin. Ricard. Antiochod. Bonauent. & Sotus apud Soar. qui eis consensit d. 30. met. sect. 7. numer. 30. & 2. de attribut. cap. 2. n. 8. sine Lessij supra lib. 2. cap. 2. Becan. cap. 6. q. 2. & quod mihi caput est. Id ipsum traditur etiam locis citatis q. 4. cert. 1. n. 2. Job. 11. 2. Paralip. 6. ad Ephes. 4. & Ecclesiæ ad B. Virgineum alioquo. Item testimonia Patrum recitatis ibi n. 3. ex Ambio 1. aduersus gent. Dionys. 1. & 9. de diuin. nom. vbi Deus excedens etiam localiter res omnes, eisque super effusus dicitur. Daris etiam n. 4. ex Greg. hom. 8. in Ezechiel. Athanas. rescripto ad liberi. Basil. homil. in princ. Ioann. Theodoret. 2. de prouident. Damascen. 1. de fide cap. 16. Tertul. contra prax. cap. 5. Minutio felice in suo Octa- uio, Eucherio de Spiritu alib. formis, de centibus Deum incircumscriptum, incomprehensum, vel incompre- hensibilem loco, atque sibi esse locum. Denique testimo- niis etiam datis hic cert. 1.

2. Etenim, si fine sita, locoque est, atque eis non cir- cumscriptus, aut comprehensus, imò neque circumscri- bi, comprehendit, commensurative loco vilo potest, ideo sanè est: quia loca, & spacia omnia non solum, quæ reipia sunt, sed possibilia, sua substantiali præsentialitate excedit, vt memorata primæ classis scripturæ, & Patrum testi- monia aiebant. Quibus adde Philon. de confus. ling. longè amed. *Deus autem omnia implet, non contentus, sed continens.* Quibus similia hæc habet. *Nam Deo, nec totus quidem mundus dignum esset domicilium, qui sibi ipse locus est, & ipse se ipso plenus, sibi que sufficiens: cum Deus alienam indigentiam, solitudinem, inanitatemque impleat.* consonant Hilari. in id Psal. 224. *Montes in circueitu eius.* August. 1. Confes. c. 3. ac de essent. diuinit. sub init. Bernard. ferm. in dedicat. Eccles. Anselm. 19. Prolog. Theophil. Antiochen. 2. ad Antholoc. sub init. t. 5. Bibliot. vbi Deum non capi loco ait, *nè detur locus Deo maior, qui est omnium locus.* Promiss. q. 4. cert. 1. n. 3. sine testimonia Athenagora orat. seu legat. pro Chluttia- nis sic de Deo loquentis. *Mundum ita excedis, vt impleat*

stant undequaque quidquid supra ipsum mundum est, nec locum ullum se vacuum relinquat. Mago. Gregor. 1. Moral. c. 12. Ipse manet intra omnia, & extra omnia; ipse supra omnia, & infra omnia. Superior per potentiam; inferior per sustentationem; exterior per magnitudinem; interior per sublimitatem: sursum regens, deorsum continens: extra circumdans, interius penetrans: nec alia parte superior, alia inferior: aut alia parte exterior, alia interior: sed unus, & idem totus ubique presidendo sustinens, & sustinendo presidens: circumdando penetrans, & penetrando circumdans. Isidori denique 1. de sum. bono cap. 2. Immensitas, inquit, diuina magnitudinis ita est: ut intelligamus eum intra omnia, sed non intra omnia; extra omnia, sed non exclusum: & ideo interius, ut omnia continet; ideo exterius, ut incircumscripta magnitudinis sua maiestate omnia includat.

Id ipsum emphasi maiori, & illustrius adhuc, ostendit illa Dionysij sententia, 10. de diuin. nom. scilicet Deum esse sedem, & fundum, in quo omnia firmantur, & recumbunt, atque illa Hilarij memorata cert. 1. numero 4. Nullus non in Deo locus est. Cum enim locus omnis, in quo aliud vel est, vel recumbit amplior proculdubio, atque mensura excedens locatum esse necessario debeat, Deus, in quo spacia, loquæque omnia sunt, eis omnibus amplior, expansiorque substantiali suæ immensitatis præsentia esse proculdubio debet: ac proinde ultra res, spacia, loquæque omnia que sunt porrigatur, atque extendatur. Patet: quia in ultra extendetur eis commensuratur ad æqualitatem localis præsentia, & ubiquitatis substantia: que quare neque amplior, extensiorque illis esset, nec locus in quo, tanquam in continente ea omnia essent.

4. Admissis autem extra omnia, quæ de facto sunt, Deum esse per suam immensitatem, seu entitatis suæ substantiali præsentiam, consequens necessarium est per omnem locum, & spatium totum possibile, & imaginarium dilatari: cum in illo solum extra, & ultra mundum extendi queat, nec sit maior ratio vultus partis spatij imaginarij proximè circumdantis, nostro concipiendi modo, totum vniuersum, ac partium quoquoque remotionum, & remotiorum spatij eiusdem possibile, & imaginarij, nec maior præsentia Dei in his, quam in illis difficultas: cum immensitas infinita substantialis præsentia, seu præsentia sit, atque proinde, si ex parte spatij repugnet omnibus totis, atque infinitis infinitis spatij æqueur. Confirmatur: quia, sicut modo mundus, qui de facto est, locum in Dei præsentia habuit iuxta recitatos Patres, quin Dei præsentia substantiali augeretur, sed solum aduentu præsentia huius vniuersi in spatio illo imaginario & possibili, quod de facto mundus occupat: ita verius quamuis partem spatij imaginarij, & possibile in quauisque parte æqualis spatij potuit Deus mundum hunc producere, potestque modo alium & alium atque in se, suæque immensitatis substantiali præsentia iuxta phrasim Patrum locare, quin eius præsentia substantiali augeretur: ergo & tunc eas omnes spatij imaginarij partes, quæ immensitatis præsentia ab æterno replebat, & nunc etiam replet, æternamque replet.

5. Hanc vero sententiam expressit Augustin. 11. de Ciuit. cap. 5. his aliter sentientes Iugillans. An foris substantiali Dei, quam nec includunt, nec determinant nec distendant loca, sed de ea (sicut de Deo sentire dignum est) sentitur incorporea præsentia ubique totam, à tantis extra mundum spatij absentem esse dicturi sumus, ut in vno tantum, atque comparatione ipsius infiniti, tam exiguo loco: in quo mundus est occupatus? Non opinor eos in hac vaniloquia progressuros, quod autem sine capite dicat inanè esse cogitare infinita extra mundum spacia, sicuti, & autem eius initium tempora infinita intelligit, quæ actu sunt; non autem possible, & imaginaria, quibus Dei immensitas, & æternitas nobis accommodè concipiuntur: quia aliter à nobis percipi nequeunt: esse verò Deum extra hunc mundum, sicuti & ante omne tempus toto capite contendit, & 1. Confess. cap. 2. & 3. ac lib. 7. cap. 5. ubi diuinam substantiam infinito mari comparat per infinita spacia diffusio, & mundum spæge in eo concludit.

6. At dices: spatium imaginarium ultra reale mundi Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

spatium nihil omnino est de facto, & verè: cum reuera non sit (licet possit absolute esse) sed potius sit eius negatio: At nihilo nihil potest reuera esse præsens; ergo Deus non est præsens immensitatis suæ substantiali præsentia spatio imaginario, & pure possibili. Minor constat: quia esse alicui aliquid præsens, & coniectum localiter, & penetratiuè præsertim, vti Deus præsens rebus, & spaciis est, dicit vniuersque coexistentiam in loco, ac proinde, & vniuersque existentiam: quare certum apud omnes est præsentiam substantialem Dei, cuiusque essentia in rebus omnibus, siue eius ubiquitatem liberam Deo, & contingentem esse, quatenus rerum, & locorum, ac spatorum mundi existentia contingens est, liberòque Dei decreto, concursu, & actione apposita. Confirmatur ex Patribus. Tertul. contra Praxeam, Minutio Felice, & Damasceno recitatis quæst. 4. certam. 1. num. 4. dicentibus, Ante mundum, locum, & mundum solum sibi fuisse Deum, quibus consonat Augustin. Psalm. 122. Qui habitas in cælis, in hæc scribens. Dicit aliquis, Antequam faceret Deus Sanctos ubi habitabat? & respondet. In se habitabat. Deus apud se habitabat. & apud se est Deus. Et Bernard. 5. de considerat. ad Eugen. Non est quod quæras ultra ubi erat (ante mundum) præter ipsum nihil erat: ergo in seipso erat.

6. His Patrum testimonijs vtuntur innotuitati Recentiores apud Lessium supra cap. 2. num. 15. qui hanc conclusionem de præsentia Dei in spatio possibili, & imaginario, quod extra mundum circumquaque concipitur, satis inconsequenter negant: cum iidem, ne Deum in spatio ultra cælum, quod pure possibile, & imaginarium de facto est, ambulare posse cogantur fatent, ipsum cuius etiam spatij illius puncto præsentem admittant. Respondetur ergo hanc Dei præsentiam substantialem ratione suæ immensitatis spatio, & loco omni possibili, seu imaginario, quod de facto non est, compræsentiam (vt sic loquar) actualem Dei non esse, sed solum ex parte sua actualem præsentiam, quæque alterius solum spatij possibile existentiam, & præsentiam spectet, vt compræsentia actu sit: ita vt ex parte intrinsecæ præsentia Dei quæ ad compræsentiam cum spatio illo requiritur, actu & formaliter sit; solaque sit potentia ad actualem præsentiam in spatio creato Deo extrinsecæ. Nam siue adæquata compræsentia duorum, non vnius, sed duorum est, ita & adæquate sumpta potentia ad illam compræsentiam actualem duorum necessario, non alterius solum esse debet. Hoc tantum probat obiectio, atque adducta ex Patribus confirmatio. Idque totum in æternitate diuina, quæ non solum per totam mundi durationem realem, quæ de facto fuit, est, atque erit, replet, sed omnem item possibilem purè, à parte ante seu imaginariam: idque planè ex Fide; cum tamen contra illam fieri similis obiectio possit.

7. Vt autem ei clarior pro vtrâque Catholica veritate satisfiat, & quidquid in illis Fides doceat percipiatur; aduertendum est: spatium, durationem omnem realem creatam, sicut, & quodvis creatum prædicatum entis, &c. esse talia secundario (non solum quia à Deo effectiue procedunt, ac proinde eius potentia passiuè fruuntur, quod omni prædicato creato commune est, sed quia imitatiuè, & exemplariter, etiam obiectiue, vnumquodque ab aliquo prædicato diuino, quod formaliter imitatur, cuiusque formalis, licet non actiuè, participatio est omnino pendet, & duratio creata, & spatium locale creatum ab immensitate, & æternitate Dei. Vnde oportet, vt nihil formaliter in spatio, duratione creata sit, quod (seclusis imperfectionibus limitationis &c. eorum) non sit in æternitate, & immensitate Dei, vt in illarum Archetypis, & exemplaribus. Vnde rursus sit, vt Dei immensitas, & æternitas spatium, & durationem infinitas, ac veras, non tamen corporeas, & successiuas, sed simultaneas indiuisibiles, ac spirituales, totasque simul faciant: sicuti corporea loca, & spacia faciunt corporea, & diuisibilia: finita tamen, si finita corporea sint, vel infinita, si infinita mollis corpora esse possint. Inde sit Tertio: nullum creatum spatium, creatamve durationem extra spatium, aut durationem quod Dei æternitas, & immensitas formaliter faciunt, esse vquam posse, tanquam in mensura, & spatio excedente, & superiore, qua vndequeque continentur, atque fundentur.

ORTEGA
In spatio
D Vta

fundentur, vt Patres supra citati aiebant, cuique possibilia omnia spatia, & durationes, licet diuini curtius, possunt coextendi, atque absolute existentia de facto coextenduntur.

8. Ex his liquet duo esse vera spatia, siue loci, siue durationis: & diuina & primaria, quae aliorum omnium fundamenta, & basis sunt; & creata, siue spiritualia, siue corporea, quae eis continentur, atque fundantur. Est praeterea Tertium, quod imaginarium vocatur; quod quidem, si mente ita concipiatur vt omnem possibilem durationem, vel spatium locale creatum excedat, vel de facto ultra id quod absolute quauis temporis differentia erit, fuisse esse cogitetur mere fictitium, & chimericum est; tamen eo spatium, siue locale, siue durationis, immanentis, & aeternitatis Dei, nostro captui accommodatius concipimus; Atque per hoc quidem, vt ita conceptum spatium imaginarium Deus non extenditur, neque praesentia immanentis substantiali, aut aeternitatis substantiali duratione adest: imò neque adest ob illius impossibilitatem potest, vt obiectio probat; At verò extenditur, adestque in eo spatio, & duratione, quam sub eo fictio, & chimerico spatio, & duratione imaginaria concipere, atque explicare volumus: nempe in suae immanentis & aeternitatis spatio, quod illo quidem non minus, sed amplius adhuc est. Quemadmodum totus mundus, cuiusque totum spatium in nullo alio creato spatio praeterquam in seipso esse dici potest. Id Patres nobis oppositi voluerunt dum Deum aeternitate mundum antecedente in se solum ipso esse dicebant. Idque, & nos volumus cum communi Doctorum, dum Deum per spatium omne ultra caelum vndequaquam possibile: imò & imaginarium, & vltra sua immanentia porrigi, atque extendi docuimus. Nec aliud sanè contendunt Scolastici, quos magno numero pro opposita sententia recitat Vafq. d. 39. cap. 2. Neque ipse Vafq. qui eam mordicus ibi tenet.

CERTAMEN III.

Dei Ubiquitas à ratione ostenditur, & propugnatur.

1. Neque verò inefficacius Dei in rebus omnibus, totoque hoc vniuerso: imò & extra illud vbiq̄uitas per substantialem essentiae suae in eis omnibus praesentiam à ratione probatur. Primò ex Attributo immanentis, eisdemque rationibus datis quaest. 4. certam. 2. num. 3. & 4. Si enim immensus praesentialiter Deus est, nequit non rebus omnibus substantialiter praesentari, eo ipso, quod res sint. Alioqui, si aliquibus solum rebus, aut spatiis mundi praesentaretur, ac non aliis, imò si ad aequalitatem localem toti vniuersi huius spatii, ac non vltra mensurabilis, aequè, atque res illa, seu totus mundus est, omnino esset non immensus. Secundo ex infinitate cuiusvis diuini praedicati in suo genere, quae metaphysice ex praedicato eius à se necessario inferuntur. Tertio probatur ex praedicto immutabilitatis diuinae. Si enim alicubi in rebus sua immanentis praesentia non esset, vel potest esse alibi, vel non? Si non potest, dura esset, atque creaturis pluribus, nedum Deo, insignis carceratio intra spatii illius, cui solum praesens dicitur, septa: si alibi etiam esse potest: In primis potest ambulare, eoque se mouere, atque praesentialiter, seu localiter extendi. Id autem per praesentiam illam, qua certum illud primum spatium occupabat, nec amplius, fieri non potest: Nam spatium illi tantummodo respondet, atque omnino alligata est: ergo per denuò auenientem, & acquisitam pro spatii vltiori: sicut Angelis contingit, cum localiter extenduntur: ergo mutaretur Deus. Id quod patet in hoc mundi huius spatio, cui, ni praesens intimè aeternitate Deus praecessisset ex parte sua, sicut modo est, intimè mutaretur, vt ei praesens intimè fieret: item in alio mundi possibili spatio, maxime, si diceretur spatio ab hoc mundo, crearetur: ni enim spatio inter vtrumque imaginatio praesens intimè Deus dicitur, eius praesentia intima subitan-

tialis, seu immensas esset discreta & diuisa, quod implicat: ac denique si Christus supra Epyrei spatium verum est, vt plures aiunt, ac certo esse potest, ibi Deus praesens intimè est, nec solum ratione humanitatis vnica: ergo ni antea ibi erat intimè, intimè mutaretur. Probatur vltimè ab absurdis id ipsum potest, memoratis ibidem n. 4. quo lectorem remittimus.

2. Probatio alia vbiq̄uitatis Dei ex operatione eius vbiq̄ue ad eò proxime à Doctoribus contentiosèque examinatur, vt integram sequentem quaestionem reposcat, quare ea nunc abstinemus. Obiectio ex Psalm. 113. *Caelum caeli Domino, terram autem dedit filius hominum.* & Psalm. 122. *Ad te leuasi oculos meos, qui habitas in caelis.* Sed haec solum probant Deum specialiter dici in caelo esse, non quidem immanentis suae substantiali praesentia, qua aequè in omnibus creatis est: sed quia ei tanquam aula regia deferuntur, in qua eius gloria, & apparet, & communicatur Beatis, cuiusque voluntas ad numum obseruatur: In terra autem hominum gloria, & imperium respiciunt: quod autem alibi saepe *Caelum Dei sedes, & Terra scabellum pedum eius* dicitur, non probat eis locis Deum circumscribi, sed potius immensum illis excellere iuxta ponderationem, quam fecimus certam. n. num. 2.

3. Sed obiectio Eugubini: si Deus omnibus substantiali sua praesentia adest, sordidis inquinandum, atque acerbis cruciandum, quae sunt absurda: ac proinde melius Dei dignitati, & decetiae consulatur, si in caelo solum sicut sol residens suae virtutis radiis inferiora peruat, quin eis inquinetur. Negatur tamen facile assumptum. Cum enim Deus spiritus sit, sordidis corporis inquinari nequit, vt bene Hugo Victorinus 1. de sacrament. part. 3. cap. 17. & Magister in 1. d. 37. cap. soler. Patetque exemplo animi rationalis, qui leproso corpore, quod informat, non inquinatur, neque dolorifero dolet. Idque Solis etiam exemplo illustrat August. cap. 18. de Agone Christiano, & 29. de nat. boni. Et sanè si in caelo solum Deus est, rogandi hi sunt, an alibi etiam esse possit, necne, si hoc dicitur postremum, Deus, qui in Christo, cuiusque humanitate in terris erat secundum substantiam Dei: neque in humanitate, neque in terris erat, ac versabatur, quod Arianismus est. Si potest alibi esse vbi de facto substantia eius, per substantiam suam praesens non est per se, scilicet in inferioribus caeli locis pro voluntate sua poterit loca acquirere illa, atque ex vno in alium moueri, quod est absurdissimum contra immutabilitatem Dei. Quod obiectio poterat de vbiq̄uitate possibili creaturæ, ac proinde eam propriam Dei non esse diceamus qu. 4. cert. 2. num. 6. in simili obiectione contra immanentiam.

4. Ad huius quaestionis calcem specialis ille Vortij error de praesentia Dei secundum substantiam commensuratiue parti Dei, parti caeli, non autem totius Dei in toto caelo, & quauis eius parte, sicut & de animo rationali in corpore aberrat, praeter errorem contra physicam Dei simplicitatem, in praesens dogma immanentis diuinae fide peccat hie contutandus. Etenim in humanitate Christi non erit tota substantia Dei, sed pars solum. Commensuratiue enim humanitas, quae respectu caeli punctum minutulum est, nequit aequari substantia Dei tota, quae toti aequatur caelo: ergo contra Apostolum ad Colossen. 2. non habitat in Christi humanitate *omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Secundo in triduo mortis Christi, & anima à corpore, & caro à sanguine, & sanguinis guttae multae loco erant distitae, ac dispersae: & tamen Deo hypostaticè vnitae omnes. Si ergo in quauis eorum totus Deus non erat, sed pars solum substantiae diuinae, huius etiam partes loco distitae, ac dispersae fuerunt. O Bone Deus in tua non solum Ecclesia, & veste, sed substantia etiam ab haeretico laceratur, & dispersus!

QVASTIO



QVÆSTIO VI.

An ex operatione Dei vbiq̄ue eius vbi-
quitas probetur.

NON paruo tedio hanc rationem examino: quam non recta methodus, sed aduersantium Scholarum contentio induxit. Si enim super conclusionem Theologicarum rationibus iustitiam par sit, vel vni veritati Theologicæ vestigande impar saculum, & Studium nostrum erit. Mori autem Scholasticorum morem gerimus, vel iuuiti.

CERTAMEN I.

Doctorum, non sine animaduersione aliqua in Recentiores Thomistas, placitis relatis, Scoto consentio.

1. Vbiq̄uitatis huius diuinae celebris multis sæclis probato fuit S. Thom. 1. part. quæst. 8. artic. 1. & S. Bonauer. in 1. d. 97. atque ante ipsos Alberi Magni ibi Postea vero Agidij, Durandi, Ricardi, Argentinæ, & Capreoli ibidem, Henrici artic. 30. Summa, quæst. 5. Amiliodor. 1. Summ. cap. 15. quæstione 1. ad 1. Ferrari. 3. cont. Gen. cap. 68. & Thomistarum Dominicanorum, atque ex Thomistis nostris Valentia, Lessij, & Soarij supra, atque huius latissime tit. 2. met. d. 30. sect. 7. Nimirum à posteriori ex Dei operatione vbiq̄ue, multis tamen aliis, non adeo firma visa est: eam autem rationem veritiorum etiam Philosophorum esse patet ex Aristotele de Mundo ad Alexan. vbi habet: *Verus fama est, & quidem hereditaria mortalium omnium, vniuersa à Deo, & per Deum nobis esse constituta, & c. quapropter (addit) Veteres nonnulli adducti sunt, vt dicebant, hac omnia Deorum esse plena, viderique tradita à Paulo Actor. 17. Quamuis non longè sit ab vnoquoque nobis: in ipso enim vniuersum, meumur, & sumus. Et Palmitta Psalm. 138. verbis illis: Si ascendero in caelum, tu illic es. Si descendero in infernum ades. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenueris me dextera tua. Videat præterea hæc ratio Anselmi cap. 20. Monolog. vbi Deitatem in loco determinato concludendam non esse his ostendit: *quando (id est siquidem) est in vno loco, nullum bonum, & nulla essentia est interim in aliis locis: quia sine eo prorsus aliquid non existit: sine qua, nimirum, factum est nihil. Ac proinde ex defectu præsentia Dei in aliis locis negationem effectiōnis rerum à Deo in illis probat: quia Dei in illis præsentia ad operandum requiritur, & cap. 21. clarius: quia aliquid sine ea (Deitate) neque vquam, neque vquam est, necesse est illam esse vbiq̄ue, & semper.**

2. Ratio autem hæc nitur principio Aristotelis 7. Phisic. à text. 10. ad 13. quod nimirum causa coniuncta necessario esse debeat cum passo, in quod operatur, ac proinde cum suo effectu: cumque Deus omnibus rebus, & locis causa necessario sit, nequibit non coniuncta rebus omnibus, & vbiq̄ue semper esse. Sed quia principium illud patitur difficultates non leues, Cater. & Ferrar. limitant illud ad causam operantem inmediate operatione virtutis, (id est virtute non aliunde accepta, sed propria) & inmediate etiam suppositi: id est sine alia causa sibi supposita, & interiecta inter operans, & id in quod operatur. Sed ea adhuc limitatione adhibita, & eisdem difficultatibus illud principium patet. Nam immediatio virtutis, & suppositi excludit interiectum alterius cause ordine causalitatis solum, cum quo rectè stare potest spaci inter agens & passum, ac effectum inter-

iectio. Si dicant, hoc etiam excludi operatione inmediate suppositi, atque ita Deum operari: assument planè, quod probandum ipsis erat, quod autem addit Caietan. quod scilicet præsentia hæc Dei in rebus, & vbiq̄ue per veram contactus præsentiam nihil aliud sit, quam Dei operatio, licet in ea fundetur relatio alia rationis quidem, & ficticia præsentia localis Dei in illis, quæ rationis etiam sit (qua in re Caietano consentit Agidius 11. part. citata d. artic. 2. quæstione 1. Deum scilicet rebus præsentem esse solum quantitate virtutis, seu operationis) quos Recentiores Thomistæ testantur, satis quidem consonè ad ea, quæ de Angelis, ac spiritualibus rebus, (in quibus primas Deus tenet) docent: nimirum solum, per operationem rebus præsentari. Verum in hoc diuinae præsentia modum, & immensitatem Dei cum eius omnipotentia malè confundunt, & præsentiam propriam localem Dei in rebus, de qua hic disputatur, distinguunt à præsentia Dei in illis per potentiam, & operationem ab Scriptura, Patribus, & Theologis admittitur, cum operatione, seu præsentia Dei in rebus per illam confundunt, & negant. Ac tandem rationem, quam defendere suscipiunt ridiculam reddunt, idem per idem probantes. Dei nimirum in omnibus rebus præsentiam per Dei in illis operationem, quæ vt ipsi aiunt, verè Dei præsentia in ipsis sola est.

3. Sed his missis, atque supposita præsentia localis per essentiam in rebus omnibus, & vbiq̄ue diuersa à præsentia eiusdem in illis per potentiam, & operationem (quam ratio præfata supponit) hæc minime probati censent Scotus in 1. d. 37. quæst. vnica vbi Okam. Bailol. & Gabr. art. 3. dub. 1. Vasquez 1. part. d. 28. cap. 3. & 4. quibus & nos subscribimus. Et sanè eam rationem, quæ ex operatione Dei vbiq̄ue eius præsentia concluditur inefficacem esse, vel id solum efficaciter suadet: quod cum à vesturioribus Philosophis pro Dei vbiq̄uitate effectuatam Aristoteles viderit, atque reulerit libro illo de Mundo ad Alexandrum, vt ex ipso recitabamus numero 2. Ea tamen neglecta in oppositam sententiam ierit: docens diuinæ virtutis, & actiuitatis excellentiam magis decere, vt supremo loco residens omnia in inferioribus peragat; Deum proinde in caelo docuit esse, ac nusquam alibi: atque exemplo Regis Persarum, qui Ecbaranis amplissima sui regni (quod totum administrabat) Vrbe habitabat, & suam sententiam satis firmari, atque argumento huic ex suo illo principio 7. phisicor. statuto satisfieri putauit. Cum vir ingenij laude nulli vnquam secundus ad manifestam demonstrationis huius (ita aduersarij suum hunc discursum compellant) lucem, cœcutuisse putandus non sit. Potiori igitur iure credendum est Aristotelem, qui illud in Phisicis principium percussit, & posuit, atque ex illo, quæ legitime inferrentur, non ignorabat, illud de corporeis solum creatis agentibus (de quibus ibi solummodo agebat) intellexisse, non de spiritualibus (vti Deus est:) omnibus ac proinde ad Dei præsentiam, localemque cum suis effectibus coniunctionem ostendendam præstare minime posse. Accedunt pro hac eius principij interpretatione ea omnia, quibus controuers. 6. de causis d. 3. quæstione 3. spiritualia agentia (saltem quorum voluntas potentia actiua extra ipsa sit) propinquitate adhuc ad passum, vt in illud operentur non egere ostendebamus, sed iam rationibus subtilissimi Scoti, ac profundiissimi Doctoris nostri Vasquez non ita vnigressum de omni agente principium illud intelligendum esse, vt Deum etiam comprehendat, atque intimam essentia suæ cum effectibus suis penetrationem localem euincat, probandum nobis erit.

4. Prius autem duplex modus præfaram rationem tuendi apud Thomistas, præsertim Recentiores, aduertendus est, vt Scoticæ Scholæ à Thomistica diffidium melius percipiatur, atque Scotus à imposturis Scholæ oppositæ vindicetur, atque ab iniustis Dionysij Carthusiani criminationibus, & reprehensionibus cit. d. 37. quæstione 1. quasi asseruerit posse Deum loco vno inclusum esse, & in distans operare. Primum enim Scotus eiusque tota Schola reputant merito impossibile: cum ratione immensitatis suæ Deum vbiq̄ue præsentem secundum substantiam fateantur: multoq̄ue vniuersalius, ac sincerius

ORTEGA
In A. pari
D. V. Ia

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus 1.



rius, quàm Thomistæ Recentiores cum suo Caietano: cum hi aliam, quàm operationis præsentiam Dei in rebus veram non admittant, quæ per potentiam solum est, vt ostendimus num. 3. Solum ergo aserit Scotus ex hypothesei impossibili aliunde, quod Deus determinato loco concluderetur, tunc indistans inde operaturum: ac proinde ex Dei operatione in rebus omnibus malè colligi ipsius in illis omnibus præsentiam penetratiuam localem, quia vnum per locum intrinsecum, vt aiunt, ex alio non inferitur. Thomistæ vero contra id bene inferri contendunt, sed non eodem modo omnes: Nam Recentiores cum Caietano putant id colligi à priori: quia, nimirum, operatio Dei in creaturis fundamentum est præsentia Dei in illis, ac proinde ipsi idem est, quod quantitas corporibus, vt loco præsententur. Sed hi infelicissime omnium hanc rationem tulerunt. Nam probandum ipsis est, vt ratio probet, hoc quod assumunt, præsentiam nimirum Dei ad eius operationem consequi, atque hac fundari, quod sine vilo fundamento dicitur, neque potest ex ipsa Dei operatione probari, sed aliunde: quare Dei præsentiam in rebus ex eius in illis operatione minime probant, vt probandum assumunt: vt mittam ab eis eo admisso solam fictitiam, & puræ rationis Dei vbiuitatem probari, vt num. 3. notabam. Veritas Thomistæ, à posteriori Dei in rebus præsentiam ex eius in illis operatione demonstrari putant: quia localem coniunctionem agentis cuiusvis cum passo necessario præcedere arbitrantur, ac proinde cum suo effectu, vbi primum existit, id quod, licet non adeo certum, longè tamen rationabilius est, atque principio illi Aristotelis continetur: idcirco priori Recentiorum Thomistarum via omisa, hoc sensu posteriori eius rationis imbecillitas ostenditur.

CERTAMEN II.

E Dei operatione vbiq; eius vbiq;itas non probatur.

1. **T**ora demonstrationis huius machina citato Aristotelis principio inicitur, de necessaria locali coniunctione agentis cum passo ex parte antecedentis requisita, vt in eo ponat effectum, atque adeo cum effectu in passum inducendo. Hoc autem principium de omni agente vniuersum loquendo, nec certum est, neque verosimile, neque ab Aristotele positum: imò, neque eo gratis admisso, intentum euincit: ergo non solum euidenter, aut saltem efficaciter, sed neque apparet, ac verosimiliter ex Dei operatione in rebus omnibus eiusdem in illis intima substantialis præsentia siue vbiq;itas ostenditur: Non solum ex principij, sed etiam ex consequentiæ, atque illationis defectu. Principium autem illud generale pro omni vniuersum agente non esse probatur. Primum: quia non omne agens operatur, actiuumve est dependenter necessario à passo: ergo neque dependenter appropinquare ad illud. Consequentia est euidentis, id enim solum propinquitas agentis ad passum ad operandum in illo necessaria esse potest, quia huius consortio eget agens, vt operetur: alioqui pro libero coniunctionem agentis cum re quavis impertinenter se ad eius operationem habente poterit quisque assignare. Antecedens probatur à Deo operante per creationem, & conseruationem creatiuam, quæ omnino à subiecto independens est. Huic rationi dicere ex Soatio poteras propinquitatem, & coniunctionem agentis non solum cum passo, ac proinde cum effectu, quem in illud inducit, sed & cum effectu requiri ad agendum, verum hoc, & aliunde quàm ex principio illo Aristotelico probandum erit, vt patet, & ne aliunde quidem probabile est, vt infra ostendemus.

2. Vterius contra eius principij vniuersalitem facit quod in his etiam quæ dependenter à subiecto operatiua sunt, eorum cum ipso coniunctio localis necessaria ad operandum minime videatur, quare neque cum inibi positus effectibus. Primum enim agentibus spiritua-

libus (saltem voluntatem pro actiua potentia habentibus) eiusmodi coniunctione locali cum passo opus ad agendum non est, vt citata controuersi. 6. de conditionibus ad agendum docebamus. Secundò Aristotelis principium illud de solis agentibus naturalibus, passivæ corporeis procedit. Tertiò: nemo est, qui humanitati Christi vim actiuam physicam miraculorum in distans, quin in propinquum ob huiusmodi operandi impossibilitatem neget: imò de facto cum operandi modum in illa admittit Soarius præcipuus, & profusus huius rationis defensor tit. 1. 3. part. d. 31. sect. 7. & d. 30. metaph. sect. 7. numero 20. Nec satis est quod hoc loco responderet: instrumentalium causæ actiue opus non esse coniunctione locali cum passo, & effectu, cum principale agens illis coniunctum est, vt in eo calu Deus miraculis, eorumque subiectis est coniunctus: qui ea in re instrumentis suis comparandus non est, quæ imperfecte, ac non conaturaliter, atque à passo, & effectibus suis operatur distanter; scilicet autem Deus, qui conaturali, & perfectissimo modo debet suos effectus edere.

3. Contra vero Primum: quia iam propositio illa de coniunctione locali necessaria agentis cum passo, non adeo generaliter, nec de omni agente, adhuc operante dependenter à subiecto, ex hac solutione intelligenda erit: quod hoc argumento contendimus: Siquidem de causa instrumentali intelligi per se nequit, cum possit per se causa instrumentalis in distans, quin in propinquum operari. Contra Secundò: quia experientia, quibus illud principium inicitur coniunctionem necessariam, seu propinquitatem localem agentis cum passo, dependenter à quo operatur effectum, ac proinde, & cum effectu ipso in causis instrumentalibus potius, quàm in principalibus suadent. Nam principales quandoque, atque in effectibus substantialibus, longissime ab eis, & à subiectis distans; quæ autem illis prope adfunt instrumentales causæ solummodo sunt: vt patet in generatione animalium, atque metallorum à sole. Indèque eueritur altera solutio huius pars: quod scilicet agentis principalis coniunctio cum passo, & effectu satis sit ad operandum cum in illo, etiam causa instrumentalis longè distet. Secundò hoc ipsum impugnat: quia instrumentata physica ad id data agentibus principalibus, iuxta probatam Philosophiam sunt, vt quod per seipso efficere in distans nequeunt: quia passo per se approximari non possunt, ac proinde neque inmediate locali suppositi, vt aiunt, virtutibus, & qualitibus administris & ipsis appropinquant, & exequantur effectus. Ex quo patet instrumentorum propinquitatem, non autem causæ principalis ad operandum requiri: ac proinde, licet Deus, qui miraculorum agens principale est, ratione immanentis eis coniunctus, intimèque sit, non tamen quia agens principale est, id requirit. Cum enim actio circa passum, & in effectum æquè ab instrumentali causa, atque immediatius localiter læpè, imò semper, procedat, nil apparet vnde discedere aduertarij poterint, principalis causæ, non autem instrumentalis coniunctionem, seu propinquitatem cum passo, & effectu esse debere: de quo iterum redibit sermo cert. 3.

4. Postremum illud solutionis, quod huic instantie satisfaciende videtur appositum (quod nempe operatio in distans, quin in propinquum nec conaturalis, nec perfectus modus operandi sit, ac proinde, vt instrumenta non dedecet, agens vero principalissimum non decere) maiori pietate in suam sententiam, quàm in Deum, nullaque ratione dictum fortasse videatur. Primum enim gratis omnino dicitur. Secundò nobiliorum agentium principalium est è maiori sui distantia à passo, in ipsum, & conaturaliter quidem, operari, vt exemplis adductis de sole, & animalibus generantibus perspicuum est. Secundò cum eo perfectius agens sit, quo paucioribus extra se administris opus habeat (vt inductione constat) perfectius agens Deus ostenditur, quo paucioribus extra se eget, vt operetur, ac proinde si propinquitate ad passum non indigeat. Confirmatur, quia id in primis ad agens, quod tale per suam voluntatem est, videtur spectare. Tertiò: cum id omne, quod implicationem non inuoluit sub obiectum diuine omnipotentia cadere debeat

arq;e

atque per Soarium operatio in distans, quin in propinquum contradictionem non involuat, cum absolute possibili in causa instrumentali admittitur, sine omnipotentie iactura, quæ tota Dei, quæ principalis agentis dignitas, & perfectio est, negari Deo non poterit. Quartò rogo cuiusnam modi operandi ea distinctio sit: immediatione suppositi seu substantiæ suæ, quam quidem immediationem localem communiter Doctores etiam intelligunt. Perfectio causæ principalis: non instrumentalis: ergo de ratione, & perfectione causæ principalis non est coniunctio localis cum passio, & effectu suo. Quintò, hanc ipsam solutionem reiecerat in aliis Soar. n. 7. qui nostro argumento respondebant, non posse Deum operari indistans, quin in propinquum, sicut Christi humanitas, ex perfectione, & maiori principalitate, & virtute infinita primi agentis, cuiusmodi Deus est provenire. Sextò demum radicatus hæc solutio, tam horum, quam Soarij conuelleretur iam argumento immediate efformando ad ostendendum virtutis assumptum antecedens huius argumenti secundi, quod hæctenus sumus perfecti.

5. Igitur probò Tertiò non omne agens, quæ actiuum, etiam dependet à passio, siue eductiuum, coniunctione locali, seu propinquitate ad illud egerit: sed id virtutis finis actiue limitatæ corporeæ, atque imperfectæ esse, variatione, & exemplo suo contra Dei ubiuitatem aiebat Aristoteles, in huiusmodi enim agentibus, imò in corporeis scilicet (vt diximus n. 2.) inuenitur, quin in spiritualibus creatis agentibus aliquod experiamur, vnde pro illis etiam videatur illud principium persistere: imò cum hæc quantitas corporeæ, & quam molis dicimus, experies omnino sunt, atque quantitatis solius sit propinquitas localis per contactum, & contiguitatem: ab ea ad agendum in passum videtur spiritualia agentia, præsertim, quæ per voluntatem operantur omnino esse aboluenda. Ex quo, vt minimum constet, nihil probare rationes, quibus Soarius n. 12. contendit propinquitatem agens ad passum, in quod operaturum est, ipsi qua agens eductiuum est conuenire: quia ita in omni agente experimur. Cum experientia omnes agentis, & partii corporei sint: de spirituali vero agente nulla afferatur experientia, & rationes quidem, quibus probat eiusmodi propinquitatem ex finitudine, & limitatione virtutis provenire: in agentibus corporeis, vt summum probant, & fecus in spiritualibus, cuius spiritualis virtus actiua, & eius applicatio ad operandum in subiecto, spiritualis etiam, & per voluntatem est: quorum actiones plenius, perfectiusque sub eorum arbitrium eadem, si non solum ad operandum quando velint, sed in loco, spatio, & subiecto, in quibus velint tantum, ac non in aliis intermediis liberi sint, quin, vt in loco distito operentur in intermediis sint necesse est operaturæ & (quod satis ad præsens institutum nobis est) id agentis spiritualis liberi prædicatis metaphysicis non repugnare, vt ita nimirum liberè quo ad locum, sicuti, & quo ad tempus operentur, compertum omnino ex ipsis prædicatis est. Quod si id excellentiæ virtutis, & arbitrij spiritualium agentium dandum videatur, Deo spiritualissimo, ac perfectissimo summæque libero agenti potiori iure concederetur: cuius actiua potentia, formalissimè nil præter eius voluntatem est, (vt infra ostendam) quæ ad volendum operari in subiecto aliquo, propinquitare ad illud non eger, quare neque ad operandum in illo, aut ex illo etiam eductiue.

6. Constatum inde etiam manet, quod tandem responderi Soar. n. 13. Melius nimirum, perfectiusque esse, si agens absque distractione suæ virtutis per seipsum & passum, in quæ operatur, & effectibus suis adesse coniunctum, quam ex vno loco in alia omnia distantia operari: quare & ratione, & exemplo sic deceptum fuisse auctorem libri de mundo ad Alexandrum, etiam Aristotelis sit. Licet enim gubernatoris creati perfectio, atque excellentia sit ex vno loco distantia sua efficacitate pertingere, est tamen perfectio non simpliciter, sed secundum quid: quia supponit imperfectionem gubernatoris creati. Verum, cum ostenderimus ad perfectionem agentis spiritualis liberi in agendo spectare libertatem operandi, quantum sua virtute potest liberè, etiam in modo operandi, hoc est iam distinctum, & ratio Aristotelis, & exemplum subsistit. Si enim in agentibus moralibus creatis, quo maior, perfectiorque est virtus, seu potestas operandi liberè moraliter potestate motali, eo minus propinquitatis eo-

rum requiritur ad operandum, ac proinde ex vno loco in distantiora possunt suam efficaciam exercere, in physicis agentibus liberis, ni corporum, & quantitatum obit, ita etiam in distantius operari posse, maior proculdubio perfectio, & potentia erit, & modi, & libertatis operandi. Paritas alia, quæ intentum suum probare eodem numero Soarius contendit ad modum alium probandi ubiuitatem Dei ex eius operatione cert. 3. subiciendum spectat: quare ibi commodius reserletur.

7. Accedit: quod in agentibus creatis, corporeis etiam, & imperfectis propinquitatis ad operandum, quæ agentia sunt, necessaria non est, sed quæ limitatæ virtutis sunt, & imperfectæ: quæ circa in contiguum passum tantum quantum in se habent agentia corporea vniuoca operari nequeunt; operarentur autem si non contigua ipsi essent, sed penetrata. v. g. calidum vt octo, calorem vt octo in passum sibi penetratum induceret; producit autem septem tantum in contiguum. Et per distantes & distantes minus, & minus caloris: cuius ea ratio vnica est, quia virtus agentium naturalium corporeorum distantia ipsa in operatione debilitatur, & languescit; ac proinde propinquitare ad passum opus habet, vt operetur, & maiori, vt efficacius operetur ex limitatione provenit virtutis; Ex qua etiam provenit, vt in connaturali ipsi operandi modo non nisi adiuti qualitate, vel effectu sui eorum debilitatem in propinquiori, & contigua passii parte ad posteriorem, & distantiorem non pergit agendo: quo instantie Soarij eo n. 12. omnino cessant. Ac denique, cum ea omnia, quæ in his corporeis agentibus experimur in modo connaturali operandi agentium eiu/modi, quæ de facto sunt, eueniant: oportet adduci ab aduersariis rationem repugnantiam; cur, vel extraordinaria Dei providentia, & supernaturali quo ad modum, operatione, agentia hæc corporea nequeant in distans, quin in propinquum operari: vel cur agentia alia diuersa speciei, & naturæ ab his, quæ de facto habentur, non possent connaturaliter ita operari. Certè enim prædicato agentis finiti, & corporei non videtur is modus operandi aperte repugnare: quod satis (vt de spiritualibus liberis agentibus dicebam) erit, vt ratio hæc non conuincat. Maxime in infinita virtute Dei sua voluntate, tanquam tota formalis potentia actiua ad agendum ad extra ventis.

8. Tertiò demique: est gratis, & contra rationes datas, & Aristotelis, admittamus principium illud Aristotelicum de omni profus agente, ac proinde de Deo, quæ agens est; intelligendum esse, tamen intentum demonstrandi ubiuitatem Dei, ex eius ubique operatione nullam obtinet: quia deficit consequentia. Vt enim bene Noister Vazquez animaduerterit, principium illud, eiusque probationes de propinquitate; & approximatione agentis ad passum, ac proinde ad effectum in eo positum est, non de intima agentis penetratione cum passio, vel effectu, quam nusquam requirit ad operandum, agentium omnium in subiectis aliis operationes, & corporum essentia, quæ penetrationi cum aliis repugnat, manifestè conuincunt. At ubiuitas Dei, quam ex operatione Dei in locis, ac rebus omnibus aduersarij inferre conantur, non est contiguitas, seu propinquitas substantiæ Dei cum passio, in quod operatur, & effectus; sed intima cum eis penetratio, quæ ex operatione Dei in illis, & principio Aristotelico admisso etiam pro omni eductiuo agentis, nusquam inferretur: ergo deficit probationis huius consequentia. Solum enim inferri ex illo principio potest, Deum ex vi operantis eductiuus, ita ex loco, quo esset, operari debere, vt non nisi contiguo positus operetur, vel saltem si in distans, ita, vt aliquod virtutis in propinquum, & in totum medium diffunderet, vt ita immediate immediatione virtutis per totum medium distans passum contingeret. Si dicas in agentibus eductiuis creatis, & imperfectis istam approximationem satis esse; in perfectissimo vero agente Deo non solum immediationem contiguam virtutis, & suppositi ad passum, sed penetratiuam requiri (præterquam quod ex eo principio non inferretur hoc, quod assumitur, sed aliunde erit probandum, quod nullatenus probabitur, vt iam ostendam cert. 3.) impugnatum abundè est numeris proximis.

ORTEGA
IN A. PARI
D. VIA

CERTAMEN III.

Neque ex adiunctis aliis fundamentis ratio prasata probat.

1. **S**I aduersariis prasato huic Aristotelis principio standum sit, causa, vt ostendimus, cadent. Id quod & ipsi tacite farentur, cum fulera alia huic argumento supponunt, vt eius illatio consistat. Imò Soar. n. 26. expressè faretur ex operatione Dei educiua, qua de facto est, non colligi efficaciter Dei substantialem, atque intimam prasentiam in re educta, sed solum diffundere per interiecta corpora, & spacia intermedia virtutem, qua ea educat. Possè autem demonstrari euidenter ex operatione Dei educiua, & conseruatiua possibili se solo, atque ex operatione, qua de facto se solo creat, creataque conseruat. Verùm, quia hanc creatiuam actionem prasentia Dei intima, neque ad subiectum, ex quo educitur, vt vidimus cert. 2. n. 1. precedit, multoque minus ad effectum (qui pro natura priori ad sui effectiorem non est, sed pro posteriori) aiunt precedere debere intimam Dei prasentiam ad spatium imaginariu, cui intime, ac non solum per denominationem extrinsecam locati ad locum realem verè existentem sit prasens pro natura posteriori effectus. Id enim, inquit, necessarium est ex parte principij operatur, vt prasentiam intimam sui habeat, quæ fundamentum sit, vt accedente loco, seu spatio reali effectui suo agens ibi coexistat simul cum illo, & debita proportione suæ perfectioni, & virtuti; quæ quidem intima Dei prasentia nihil profecto, quam immensitas eius est. Cùm autem Deus in spatiis, & locis omnibus, quæ verè sunt, atque in iis etiam, quæ esse, atque à nobis concipi possunt, operetur de facto, ac saltem operari propria sibi atque à se inabdicabili virtute, & operatione queat (vt creatione materia primæ, atque spiritalium substantiarum, ac insuper generali concursu cum causis secundis) nequit non pro natura priori ad eiusmodi realia loca, & effectus substantie suæ prasentia prouenire, atque immensitate spacia imaginaria etiam omnia præoccupari re plere.

2. Hæc fuso calamo dedit Soar. pataphis multis, quæ quidem subtiliter excogitata sunt, ni aliqua, & præcipua ad inferendum intentum supposita in eis essent potius, quam probata. Negatur enim facile illud spatium imaginariu, seu possibile, quod effectus productus pro posteriori natura occupaturus sua intima prasentia est, cuius sua intima prasentia respondere debet, intima agens prasentia pro priori natura præoccupandum necessario fore. Primo enim in agentibus corporeis substantiis, quibus cum passio, & effectus suo substantiæ penetratio è prædicato corporei metaphisico naturaliter repugnat, falsa ea deprehenditur propositio. Nec satis est, quod in ea addebatur: nimirum eam prasentiam intimam respondentem spatio imaginario, cui intime prasentandus pro natura posteriori effectus est, prærequiri pro natura priori in agente proportione debita virtutis, & perfectionis eius: quare in imperfectis creatis, & corporeis sufficere prasentiam intimam spatio imaginario contiguo ei, cui effectus pro natura posteriori respondebit: aut in spiritalibus, ac præcipue Deo, agente infinites perfectiori, atque infinita omnino virtutis non contiguo, sed eidem spatio, cui intime respondebit effectus, per prasentiam intimam prærequiri. Hoc inquam nil præstat. Supponitur enim discrimen hoc, & probandum adhuc, & impugnatum satis, ac dissectum cert. 3. vbi ostendimus coniunctionem ad hoc contiguum agens cum effectus eiusque spatio, nedum intimam cum illo, ex agentium imperfectione prouenire; quare perfectissimam Dei virtutem actiuam, & potentiam ab eiusmodi conditione ad effectus edendos non pendere, quod rursus probatur. Quia perfectus est agens, eiusque potentia adæquata, & absoluta quæ paucioribus, vt in actum prodeat conditionibus eget, vt virtutes actiuas adæquatas percurrendo constabit: ac quidem Dei actiuæ virtutis, & potentia perfe-

ctissima summo, & infinito gradu est: ergo summa absolute à conditionibus ad agendum gaudebit, ac proinde à nulla pendebit. Denique operari Deum in distant, quin in propinquum, ac proinde in loco, vbi non esset, (ni aliunde esset immensus) nullatenus repugnat; sin repugnantiam aliam ostende (vt debes) vt vim tuæ rationis suadeas. Facilius autem nos ostendemus si absque prasentia ea intima ex parte actus primi Deus operari non possit immensitate Dei eius potentiam absolutam, suæ omnipotentiam specialiter compleri; nec solum, quia diuina omnia intrinseca prædicata de aliorum conceptu vicissim sunt. Id quod inauditum, & singulare in Scholis erit.

3. Sed instabis ex Soario n. 23. quæ creatur, atque concursu generali causæ primæ adeo pendet per se immediate à Deo solo pendet: ergo nullo medio interiecto inter Deum, & effectum: ergo coniunctum cum eo ab illo necessario pendet: ac proinde Deus non potest ex vi potentie creaturæ, & causæ primæ, nisi eorum spatis intime prasentatus operari. In primis neganda esset postrema hæc consequentia: nam inter contigua etiam, ac non penetrata nihil medium interiacet. Secundo neganda est consequentia prima de medio locali loquendo, quo solum pacto conducit ad secundam illationem contiguitatis. De medio autem virtutis, & potentie (quo pacto nil ad intentum aduersariorum conducit) concedenda est consequentia: cum enim potentia creatiuæ, & concursus generalis causæ primæ solius Dei, & omnipotentie sit, ab altera virtute, quæ Dei intima non sit, nequit tandem principaliter prouenire; imò neque instrumentaliter, vt de creatione, atque omnipotentia agentes ostendimus, ostendimusque in physici. De concursu autem generali causæ primæ eadem dif. ostendimus inferius: quia eo ipso, quod concursus causæ creatæ sit primæ causæ, & vniuersalis, non est; cum causa illa creatæ, & secunda sit, ac proinde, quæ in sui operatione à prima, cuiusque generali concursu pendeat, iuxta communem, ac ferè certam contra Durandum sententiam.

4. Instabis rursus ex Soario n. 13. Sicut forma, vt suum effectum formalem, suæ potius seipsam, communi- ceter subiecto, necessario requirit indistantiam, suæ penetrationem cum illo: ita agens, vt agat eam necessario videtur requirere id quod confirmat Vazquez ita sibi opponens cap. 5. n. 25. quia, est Deus immensus non esset, tamen præcisè ex vi vniuersalis hypotatice intime esset prasens spatio, cui prasentatur humanitas. Et quidem difficile adhuc percipi videtur actionem posse esse loco, seu spatio ab agente, cuius modus est, distretam, æquè atque esse loco ab effectus, ac passio distat: æquè enim agens, atque effectus modus è conceptu suo est. Idcirco Aristoteles 7. physico. à textu 10. ad 1. statuit causam coniunctam suo effectui esse debere. Ceterum hæc ratio actionibus omnibus substantiæ agentis corporei, & effectus inuitur manifestè: in his enim actio, & agens localiter penetrata non sunt in communi opinione, quæ huiusmodi actiones in subiecto formæ eductæ collocat, non autem in agente: quod si in hoc poni velis, quid dices de impenetratione locali cum effectus, cuius æquè actio modus, atque agens ipse est? Textus proinde Aristotelis (sue de simulatore temporaria, siue etiam de locali agens, & effectus sit, cum de corporeis loquatur extra rem omnino est; maxime cum de Deo oppositum, vt vidimus, tot locis constat. Formæ, seu Deitatis vnitas, vt se humanitati, vel subiecto communicat, paritas ad agens & actionem nulla est, cum de conceptu vniuersalis specialis sit extrema ita connectere, vt alterum saltem alterum secum vbiuis trahat, vt dicebamus de vniuersali Hypotatica, & contra Vbiqutitas agentes controuersè, de incarnat. atque insuper effectus formæ, seu res se subiecto, aut quasi subiecto media vniuersali communicantis intimior his est, quam actio sit agenti, & affectui; quare ex vno ad aliud, quo ad coniunctionem localem, consequentia non tenet.

5. Obiiciunt leuius paulo veteritioris aduersarij. Impossibile est aliquid moueri, etiam à Deo, de extremo ad extremum, quin transeat per medium: ergo implicat Deum operari in distant, quin operetur per medium. In primis est totum admittatur, solum probatur contiguitas Dei cum suis effectibus, & medio, per quod continuò operatur. Sed vt Vazquez ait, antecedens est falsum. Nam

Christus

Christus ad Eucharistiam descendit sine transitu per medium: moueturque propriè, si tunc in caelo esse deineret. Et de Angelis ita moueri probabile est. Tertio, eo permisso, consequentia non tenet. Nam motus intrinsecè in ipso mobili est, ac proinde continuò in eo futura videntur; secus autem actio, & effectus in agente. Imbecillius adhuc opponitur Omnipotentiam infinitam non fore, atque adeò neque Omnipotentiam, si loco finito concluderetur, effectusque alligata: ergo è suo conceptu, ac proinde Deus, quia omnipotens, debet esse vbique. Hoc argumentum probat rem singularem, & inauditam in Theologia: nempe Immenfitatem esse de conceptu formali Omnipotentia specialiter, vt dicebamus n. 2. sine. sed nihil probat: quia infinitas potentia diuina non per ordinem ad locum, sed ad effectus, quos de se potest, intelligitur: ac proinde, licet loco concludi absolute nequeat, quia scripta Immenfitas, sicut aia diuina est: non tamen, quia, quia Omnipotentia formaliter est, eamue formaliter infert.

6. Reliquum est autoritatibus aduersariorum occurrere: & Aristoteles quidem illam veterum rationem non probauit, sed reuocit, atque expressè reiecit, vt vidimus. Pauli locus non viget, in ratione enim quam reddit, vt Deus à nobis longè non sit, tandem posuit expressè nos in ipso esse: quasi ratione motus, & operationis non fidendum doceret. Deinde ex infinitate potentia, quæ operationem quouis protendit, præsentia item infinitatem recte probat, sicut de quouis alio attributo posset: cum quoduis aliis equalè in Deo esse debeat: licet vnum non inferatur ex alio, nec operatione præuiam Dei præsentiam in loco, vbi futurus effectus est, requirit. Sed certe vt docet Vazquez cap. 4. n. 17. à versu *Postremo denique* Paulus ibi non de coniunctione Dei nobiscum in loco, sed in cognitione loquitur, nostram autem Dei cognitionem ex eius operatione legitime, certèque inferri certissimum est. Tertio vt idem Vazquez an. 14. folia sibi, acris, profunda, felicique Scripturæ, Patrum, atque vniuersim aliarum mentium indagare, eo loci Paulus (imò & oppositè etiam loco Platens) more humano (& fors ex eorum ad quos loquebatur sententia) operationem Dei vbique causam assignat, ob quam Deum in omni loco esse cognoscere debeamus; non autem ob quam ipse in omni loco sit. Id quod docuerant Chrystost. hom. 38. in Acta, & Theophyl. in eum locum: nempe, quasi exemplo corporali nos à Deo edoceri ex eius in nobis operatione, & virtute, qua viuimus, fumus, & quocumque ferimur nos, minime licere Dei ignorantem; sicut ignorare non licet aerem vbique diffusum esse cum ipso viuamus: eui ratio, qua in loco aer ponitur eius quantitas sit, non operatio ea positione in loco posterior. Sic etiam Hierem. 23. iuxta vulgatam, & 70. cum dixisset se non è vicino solum, sed & à longè videre, ac proinde vitrum, quantumuis in abditis occurreret à se videndum: vt ex humano iudicandi more homines neminem à se occultandum suadeat, subdit. *Nunquid non calum, & terram ego impleo?* cum tamen non inde habeat quod cognoscat vbique: sed quia id visioni corporeæ nostræ euenire vidimus, vt propè posita nunquam lateant. Sed, vt dixi, eis omnibus locis de Dei intuitione, & conspectu sub spiritus, & faciei etiam vocibus omnium vbique sermo solimodò est. Quod probat nostro captui accommodatum, vt dicebam, ex præsentia Dei vbique: quod autem dicat Platens: *Illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Solum significat eo etiam Scientiam Dei, quam dexteram vocat, & manum rationalis, & prouida operationis, seu prouidentiam extendi, Idem tandem est Anselmi, & Patrum sensus.



DISPUTATIO V.

De Attributis negatiuis nomine, in ordine ad creatam cognitionem.

IMMORTALITATIS Attributum, licet nomine etiam negatiuum sit, neque connotet creatam cognitionem: quare, & ad præcedentem disputationem videretur spectare; quia, tamen idem profus, quod Dei æternitas est, quæ quidem in Attributis negatiuis nomine non numeratur, in disputatione sequentem merito remittitur. In hac igitur disputatione quinta de incognoscibilitate diuina Attributo agitur. Et Primò de incognoscibilitate Dei oculis corporeis, siue inuisibilitate absoluta. Secundò de Dei inuisibilitate oculis mentis creatæ, non absolute quidem, sed viribus naturæ. Tertio de inuisibilitate à mente creata absolute, siue supernaturaliter adiuta, an Deo conueniat: Quarto de Dei incomprehensibilitate propria. Scio Theologos communiter quaestiones hæc in tractatu de visione Dei disputare, vel eorum occasione totum hic de Dei visione tractatum amectere. Cum autem visio actus noster sit, non Dei, nisi, vt obiecti, atque insuper sit supernaturalis noster actus, & beatificus, vel formaliter, vel præsuppositiue, ac proinde plura principia de ente supernaturali in genere accuratè examinanda, & statuenda supponat, & importunè hoc tomo de Deo vno, cuiusque actibus, & Attributis inserta, & non recta methodo, nondum statuta entis supernaturalis principia tractari visa nobis semper fuit: quare r. 4. nostrarum Theologicarum Controuersiarum tractandam referuauimus, vbi de actibus supernaturalibus omnibus & singulis agemus. Quoniam verò incapacitas obiectiua Dei (aliquibus, vel aliquo saltem horum modo) vt videatur Attributum Dei citra dubium, imò ex Fide est (1. ad Coloss. 20. *Qui est imago Dei inuisibilis.* Et 1. ad Timoth. 1. n. 11. *Regi seculorum immortalis inuisibilis.* cap. 6. *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* quæ ferè habentur 1. Ioann. 1. ad Hebr. 11. *Inuisibilem tanquam videns sustinuit*) cum de omnibus Dei Attributis agimus non potuit omitti, neque ad locum proprium controersia de visione referuari. Maxime, cum neque ex principis de ente supernaturali in vniuersum, neque ex specialibus de Dei visione maiore sui parte pendeat.



QVÆSTIO I.

Sitne Deus oculis corporeis visibilis absolute, an inuisibilis?

LICET quaestiois præsentis difficultas explicatione non egreat, maiori tamen, quam vulgò adhibetur, indiget examine.

CERTAMEN I.

Varia hac super re placita.

1. **D**Eum oculis corporeis videri posse absolute, ac sine limitatione vlla docuerunt Idololatrae, vt videre est apud Cyprianum de Idololorum vanit. Necmirum: cum Deos suos corporeos crederent. Vnde, & de Christianis hæreticis, qui Deum corporeum aestimabant, id eoque Anthropomorphitæ dicebantur, corporeis oculis vrbilem censebant, teste Epiphani. hæresi 60. Similiter Maximinus Artianus

ORTEGA
In d. part
D. VIa